

Et quavis in specialibus terminis legati facti Ecclesie, in qua electa fuerat sepultura, adduceretur tanquam specialis auctoritas Marant. resp. 9. par. 1. Attamen illa ad propositum facere non videbatur, dum ibi agitur de questione, an caducetur legatum factum Ecclesie, in qua electa est sepultura, si hæc electio mutetur, nulla facta legati mentione, quo casu ratio dubitandi circa legatum subsistentiam, vel ad favorem ejusdem Ecclesie, vel cause piæ in genere, consistere videtur in præsentibus perleverantis voluntatis faciendi illud legatum pro anima, unde cum hic haberet expressa voluntatis mutatio, etiam circa legatum, atque nova dispositio esset pariter ad favorem cause piæ omni dubitandi occasio cassare videbatur.

Prout extrâ propositum etiam erat auctoritas, quæ pariter tanquam punctualis adducebatur ejusdem Marant. resp. 14. par. 2. cum ibi agatur de donatione inter vivos, reservato usufructu, cum clausula hæc nunc pro tunc, & cum narrativa remuneracionis ex causa meritorum ad favorem Ecclesie, in qua electa fuerat sepultura, nulla tamen istius mentione facta in ipsa donatione, quæstio verò erat de revocabilitate ex causa ingratitudinis, cum alias donatio esset expressè inter vivos, & irrevocabilis.

Conclusio autem, ut donatio remuneratoria sit irrevocabilis, etiam in his casibus, in quibus alias revocari posset, procedit, ubi dispositio concepta est per viam donationis inter vivos de sui natura irrevocabilis, atque revocandi facultas provenit de donatione inter conjuges, seu alias prohibitos; Vel quia revocatio refertur ad supervenientia filiorum, vel ab ingratitudine, ac similibus; Atque tunc ad effectum, ut donatio remuneratoria tali revocacioni non subjaceat, tanquam sapiens meritis de contractu oneroso, & respectivo existunt merita de condigno, exigentia talem remunerationem, pro qua actio competeret, juxta unam opinionem, vel saltem, juxta actus justitiæ commutative obligatoris, itaut esse potius actus justitiæ commutativæ, ac solutio debiti, quam liberalitas, ex deductis per Tirac. in l. si unquam verb. donatione largitus num. 106. Apont. de potestate proleg. tit. de extrat. num. 24. & cons. 59. n. 17. & 21. cum aliis, de quibus in proposito donationis remuneratorie habetur in Romana donationis sub tit. de feudis ad materiam Bulle Baronum disc. 94. Unde cum in præfenti voluntas disponentis explicata non esset per actum de sui naturam irrevocabilem inter vivos, atque causa obligatoria pro concessione parvi situs ad sepulchrum non exigeret tantam remunerationem, hinc inapplicabile remanebat motivum alias in suo casu verum.

Quod verò omnem difficultatem tollebat, erat inevitabile dilemma, quod, Aut dicendum erat hujusmodi præsentem donationem factam esse intuitu sepulture, & concessio sitis pro ea, itaut hæc esset causa finalis. Aut non; Si non erat, ergo omnia dicta motiva corruerant; Et si erat, hinc resultabat, quod etiam per scripturam, vel alias concludentes probationes constaret de perfecta donatione, ac determinata voluntate donandi, adhuc tamen donatio cessabat, vel ex cessante causa finali juxta regulam text. in cap. cum cessante, Vel quia regulando actum à sua causa productiva, talis donatio, utpotè contemplatione mortis, ac sepulture, censenda erat causa mortis.

Ad instar illius donationis, quæ sit intuitu, & contemplatione ingressus in Religionem, quoniam, sicuti est revocabilis finis, ex causa, ob quam illa facta est, ita etiam ipsa donatio tanquam effectus esse debet ejusdem nature, nisi expressè in contrarium dispositum esset, ex deductis per Burat. dec. 581. dec. 586. nu. 2. par. 5. ver. & habetur in Neapol. donationis disc. præced.

Et in specie, quod donatio facta contemplatione electionis sepulture sit revocabilis, quemadmodum ipsa electio revocari potest, ex argumento cessantis cause, probare videtur text. in l. aliumne §. Sciaff. de adimen. legat. per quem ita in specie firmat Abb. in cap. in nostra nu. 3. de sepulture; Quodque electio sepulture facta contemplatione electionis non obstante quocumque pacto, clarè demonstrat per textum in cap. 1. de sepulture in 6. ubi Gem. Ancheran. cons. 214. nu. 5. & seq. Antonin. hb. 1. variat. cap. 112. nu. 59. Cæsar. de Grass. decif. 1. de sepulture num. 5. Barbof. de Parocho p. 3. cap. 26. nu. 24.

Ponderabam quoque (licet ad quamdam superabundantiam, quæ in motivando frequens est Advocatorum,) duo alia fundamenta; Primò scilicet, quod sufficeret id esse dubium, ut propter hæc pro decl. aratione dubie voluntatis defendendum esset eidem donatori, ex iis, quæ habentur hoci-

tulo sæpius, dum præfertim declaratio sulcata erat tot ad minusculis, de quibus supra; Et Secundo, quod ubi etiam ageretur de donatione hinc inde, potior esse deberet condicio Reorum, quibus rei donatæ traditio prius facta fuerat, quamvis essent in donatione posteriores, ad text. in l. quoties C. de donat. qua sub mod. de quo in terminis donationis Merlin. des. 568. nu. 32. apud Dunoz. dec. 773. dec. 773. p. 1. reser. & in aliis, quoniam est conclusio vera quoniam non concurrat hypotheca, vel constitutum, seu alia circumstantia, ob quam dispositio dictæ legis limitationem recipiat, quorum nil in præfenti concurrere, dum agebatur de præfente donatione onerosus facta.

Atque juxta præmissa judicatum fuit, cum justitiæ fundamento, & agno etiam per Signaturam Gratie, ad quam Actores, hac disputatione pendente, recursum habuerunt, petendo ut Juxta, quem male inclinatum agnoscebant, procederet de voto Rotæ, sed petitio rejecta fuit, ex eo præfente motivo, quod iis reputaretur injuria, Ac etiam quia videbatur præfentio mali exemplii ita enim interdictum esset cum Religiosis verba benevolæ proferre, eisque bonum propositum disponendi pro anima communicare, si quod pro solo proposito dicitur, capiendum esset pro perfecta & irrevocabili donatione, non aliunde quam ex eorumdem Religiosorum testimonio probanda.

S U M M A R I U M.

- 1 Promissio de donando an importet donationem.
- 2 An dispositio intuitu sepulture cesset ob immutatam electionem sepulture.

A N N O T. A D D I S C. X V I.

AN quando promissio de donando importet perfectam donationem, habetur adnotatum supra ad disc. 6. Quodque favor piæ cause non suppleat voluntatem, sed solum solemnitates, habetur pluries sub tit. de testam. signanter disc. 12. & seq. & sub tit. de Legat. disc. 52. & alibi. Ad punctum verò de quo nu. 10. & seq. an dispositio facta intuitu sepulture in Ecclesia, cesset ob immutatam sepulture electionem, videnda sunt quæ habentur sub tit. de Legat. in hoc tit. disc. 65.

P I S T O R I E N. D O N A T I O N I S
P R O M O N A S T E R I O M O N I A L I U M
S. M E R C U R I A L I S
C U M H E R E D I B U S F R A N C I S C I.
D E G A T T E S C H I S.

R e s p o n s u m a d c a u s a m e x t r a C u r i a m.

An donatio, seu promissio facta sub certo eventu post mortem promittentis, vel donantis, resolvatur per donatarii, seu promissarii præmorientiam, vel potius transmittatur ad ejus successores: Et quid ubi talis donatio, vel promissio facta sit professio, vel professio in Religione, seu Monasterio.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsitas.
- 2 De resolutione donationis factæ ex certa causa, vel personalis.
- 3 De eadem, & de agentibus de materia.
- 4 Quando dicta resolutio intret, & quomodo in materia procedendum sit.
- 5 Quod ista questio non intret in casu controversie, & quando propriè intret.
- 6 Donatio, vel promissio facta intuitu renunciationis non est donatio, sed implicita venditio summa alicæ servata successiois renunciatæ.
- 7 Dos datae filie, vel forori correspondit ad renunciationem dicitur constituta de bonis propriis ipsius mulieris.
- 8 Pater tenetur dotare filiam, etiam divitem, & provivam.
- 9 De circumstantiis excludentibus resolutionem ob præmorientiam donatarii, vel ejus, cui promissum est.
- 10 Concordia Leonina damnata in jure, & invalida.
- 11 Quomodo doctrinis, & regulis juris deferendum sit.

D I S C. X V I I.

Spirituales nuptias in Monasterio S. Mercurialis, Casandra eligente, priusquam professionem emitteret, contentam

fuetam renunciationem hæreditibus, ac successioibus, præfertim matris adhuc viventi, fecit cum debitis solemnitatibus Frascio patri, qui ultra dotem Monasterio tradidit solitam, aliisque appendiciis; in ipso autem renunciationis promissit infra triennium post mortem ejus, ac dictæ matris respectivè, in casu obitus superstitibus filiis masculis, solvere scuta 300. in casu vero obitus, abique masculis, scuta mille; Cum autem præfensunda matre obiisset Cassandra professa dicto Frascio patre adhuc superstitè, hinc filius etiam deinde obitu sequito sine aliis filiis, inter ejus hæredes, ac Monasterium prædictum orta est controversia super solutione dictorum scutorum mille, prætendentibus hæredibus hujusmodi donationis, seu promissionis educationem, seu resolutionem ob dictæ Casandræ donatarie mortem, antequam sequeretur illa patris donatoris, atque pluribus favorem dictorum hæredum scribentibus, præfertim, utroque patre, & filio de Altagrad. ut patet ex responso impresso inter contrav. Altograd. jun. contrav. 29. in prima instantia pro eis judicatum fuit; Commissa vero causa appellacionis etiam in partibus, incertum est quid inde sequutum sit; Cumque, vel ante, vel post dictam sententiam prolata, & communicatis dictis responsis ad favorem hæredum editis; desuper ex parte Monasterii consultus essem.

Respondi, quod licet in terminis generalibus puræ, & gratuite donationis factæ sub conditione mortis donatoris, vel etiam ex certa causa postmodum cessata, puta, contemplatione certi, ac determinati matrimonii juxta casum, de quo supra in Parmen. disc. 8. & in aliis, etiam si donationes essent inter vivos, ac ab initio perfectæ, & irrevocabiles, in quibus non intret illa educatio, quæ præmorientem donatario intrat in donationibus causa mortis, adhuc tamen dari valeat resolutio ex donatoris voluntate, cuius, ac pacti potestas quam juris ipsa questio esse videtur, quia nempe ex effectibus argumentis, & adminiculis constat, donationem esse præcisè personalem, sive restrictam ad certam, ac præcisam finalem causam, quæ cessante inter Regula, cum cessante, & ex eo casu deductis per Altograd. d. contrav. 29. ac etiam in d. Parmen. disc. 8. & in aliis, ac habetur quoque pluries actum sub tit. de renunciat. quando scilicet renunciatio sit personalis, vel realis.

Attamen in hac facti specie (in sensu etiam veritatis) mihi videbatur fallaciam consistere in applicatione, ex cuius defectu multæ conclusiones, ac ponderationes pro dictis hæredibus deductæ, quæ in suis casibus forsan veræ sunt, ad rem facere non videbantur, quodque propterea, bonum jus Monasterio potius afflueret; Procedunt etenim hæc, ubi agitur de donatione pura, & merè gratuita, vel etiam causativa, & clausuram in solo litterali, seu grammaticali sensu attendi debet, sed ex facti qualitate, ac singularium casuum circumstantiis, prudentis judicis arbitrio, indagari debeat substantia veritabilis voluntatis, adeò ut leguleica simplicitatis videatur procedere cum regulis, vel doctrinis generalibus, vel similibus, cum non omnibus casibus eadem præsumptiones, vel operationes verborum pariformiter congruant.

Verùm pro meo judicio non videbatur iste casus controversiæ, à qua extranei videbantur dicti termini cadentes, vel in simplici, & gratuita, vel etiam causativa donatione, quam probabilis sit patrem, vel conjunctum scisse ad providendum personam post ejus mortem superstituram, non autem ejus præmorientis hæredes, juxta ponderationes de quibus supra disc. 8. & 9. sub tit. de dot. disc. 27. Sive ubi agatur, ut supra dictum est, de renunciationibus personalibus, quia nempe ipsa renunciat parentum successio, cum præsupposito superexistente fratre; Aut ubi agatur de bonis differentibus non transmissibilibus ad extraneos, unde cessante persona contemplata, cui renunciatum est, esset aperire locum domino, vel remotori agnato, nec à renunciante, nec à renunciatario verifimiliter contemplato, juxta theoreticam Bart. in l. qui Roma §. duo fratres n. 24. ff. de verb. oblig. cum concordant. in sua materia sub tit. de renunciat. præfertim in Romana scilicet Urbevortana successiois, & in Romana fideicommissi de Svecatis, & in aliis.

In hac verò facti specie, cum pater ex proprio officio tenetur congruè dotare filiam quamvis divitem, & provivam, ex iis, quæ habentur in sua materia sub tit. de dot. disc. 1. & 142. unde propterea renunciatio per eum desiderata, de materia præfertim successione translativa ad ejus favorem, ut etiam non extantibus aliis filiis, liberè disponere, seu alias transmittere posset, remaneret sine causa, ex cuius defectu, seu altero læsionis ipse probabiliter timere poterat, ac debebat, ut contingente casu, posset impugnari; Hinc proinde futuram aleam tanquam factum retis, ita, & præventivè pro hoc minori pretio emere voluit, idem pretium diffingendo juxta qualitatem majoris, vel respectivè non superstitibus filii masculis, adeò ut videatur casus præcisus, vel omnino similis; de quo in celebri Signata Casrorum disc. 12. num. 320. & 323. p. 6. rec. ut scilicet ille, qui sperabat pinguem fideicommissariam successioem pro mortem hæredis grativati, cui premoriendo nihil obtenturus fuisset, (quamvis, cum imprudenti consilio) hanc magna, sed eventualem spem pro modico pretio de præfenti accepto cessit; Quod etiam, sed cum magis prudenti consilio prædicatum fuit in casu, de quo habetur sub tit. de fideicommiss. disc. 94.

Hinc proinde receptum habemus, quod illa dos, quam filia, vel foror, à patre, vel fratre obtinet correspondit ad renunciationem futuris eventualiter speratis successioibus, dicitur adventitia, & constituta de proprio est bonis ipsius femine tanquam de pretio dictæ ipse anticipatè vendit; juxta decif. 267. & 528. Dunozetti cum aliis; quæ habentur pluries sub tit. de dot. præfertim disc. 154. cum similibus, atque isti mihi videbantur veræ, ac proprii termini istius cause quodque tot conclusiones, & doctrinæ, ac ratiocinatio, seu verborum, & clausularum ponderationes, cum inani labore, punctum non percurrebant, atque sine applicatione remaneret.

Clarius verò, ac, pro meo sensu, ad evidentiam ex duabus circumstantiis, quarum unica sufficeret, multò magis eis simul junctis; Primò scilicet, quod pater dederat exiguam dotem pro moniali dari solitam Monasterio, quod inter personas nobiles sèper esse lotè minor quam ea quæ datur pro nuptiis carnalibus, cuius oppositum frequentius contingit inter ignobiles, ut advertitur in d. sua materia sub tit. de dot. præfertim disc. 144. ubi de dote congrua, vel incongrua, & quam pater dare tenetur etiam si filia sit dives, & proviva ut d. disc. 1. & 142. de dot. & consequenter intra non potest consideratio cadere solita in renunciatore, quæ fiat occasione matrimonii carnalis, quod scilicet pater, vel frater hoc intuitu constituit dotem excessivam, ac ultra propriam obligationem, adeò ut dici valeat ut pretium jurium renunciatorem consistat in illo excessu, & consequenter ista renunciatio remansisset læsiva, & sine causa.

Et secundo fortius, quoniam non agebatur de promissione facta persone seculari ex motivo illam post mortem promittentis melius providendi juxta casum, de quibus supra disc. 8. & 9. & in aliis; Sive quod incertum esset, an persona, cui promittitur, habitura debere cogitatum fuerit, non cogitatos extraneos transmittere debere cogitatum fuerit, non cogitatos supra enunciatis casus, ac ignotis hæredibus juxta dictos, vel abhorritis extraneis, ac propterea intraret ratio personalitatis; Sed agebatur de promissione, que fecit puellæ, quæ jà suscepto habitu Monastico, ac peracto anno probationis, vel saltem juxta decretum Conc. Trid. expletis decem mensibus, erat in statu emittendi in dies professionem, in cuius statu per necesse casus in conventionem deductis contingere debebat, unde propterea essent omnes dictæ ponderationes, ex quibus ad personationem inferri solet, quoniam dicta puella ulteriori provisione non indigebat, atque id, quod promittebatur, non poterat in propria crumena reponi, neque ad ejus dispositionem esse, sed directè, ac immediatè abique ejus factu querebatur Monasterio juxta Canonistarum opinionem, quæ omnino recepta est, ac tenenda venit in foro ecclesiastico, in quo præsens causa agebatur.

Ponderando etiam, quod iste contractus initus non fuit solum inter patrem, & filiam, unde propterea verifimilis utriusque, præfertim verò patris voluntas indaganda esset, sed etiam cum Abbatissa, & Monialibus ibi præsentibus, & consentientibus cum licentia Superioris, ideoque pater ita voluit se turum reddere etiam à præfensibus Monasterii, cum quo principaliter contraxisse videtur; Possimè quia licet verius, magisque receptum sit, ut ingredi volens Religionem, cedere, seu renunciare possit futuris successioibus, ac hæreditatibus, quamvis obventuris in statu professionibus, & postquam ipse renuncians non habet amplius disponendi

libertatem,attamen non defunt volentes contrarium,quod id fieri non valeat in fupplantatione Monafterii, cui contingente caufa fuffeiffionis iuxta dictam Canoniffarum opinionem directè, ac immediatè proprio jure non autem mediante perfona religiofa, fuffeiffio debita fit etiam invito etiam ipfo Religiofo, ut in fua materia *sub tit. de renunc. & fub altero de Regularibus*; Ideoque prudenter voluit dictus pater ita fe ponere in tuto mediante ifto contractu, in effectu ut dictum efl complicate illam fpeciem concordie,vel empionis, & venditionis futuræ alee, de qua locis fupra citatis haberetur, ac fuffeiffivè motivum perfonalitatis nullatenus cadere poterat.

Et quamvis dicti fcribentes in contrarium, ut præfertim patet ex *d. contrav. 29. Allogradi*, curarent motivo correffivitate refpondere, admittendo promiffionem eflè correffivam, fed fub conditione fuperviventiz, & quatenus defereretur fuffeiffio materna; Attamen videbatur minus tuta, verèque incongrua refponfo, quantum id contineret concordiam leoninam in jure damnatam, ac invalidam; Si enim cafus contingit mortis matris, fuperfite filia ifta, debuffet integram fuffeiffionem obtinere, non autem contenta eflè fuma feutorum mille, reliquum fine caufa patri dimittendo; Ideo enim hujufmodi conventiones fubfiftentur pro longe minori fuma, quam ipfum ceffum, ac fperatum jus importet, quia fubefit periculum eventualitatis, ut in fuprà allegatis decifionibus in *Stignina Cafforum*; Potiffimè verò quia de factò cafus contingerat mortis matris, ipfa filia fuperfite, ideoque non videbatur ad quid defideranda eflè etiam patris renunciarii præmorientia, cum non intuitu ejus hæreditatis fed maternæ jam delatæ, ifta conventio fequuta eflè; Ideoque admirationem mihi dedit, quod in contrarium judicaretur, nifi in alia infantia judicatum retractatum fit, ut probabiliter credendum efl; Atque hinc femper edocemur judicandi, feu confulendi vim non confiftere in regulis, ac propofitionibus generalibus, vel in doctrinis in fuis cafibus fortè veris, fed in applicando congrue ad viva paffivis juxta præcios cõtroverfiam cafus, eorumque particulares circumftantias, dum plures propofitiones, quæ defuper deducebantur, funt in fuis cafibus veræ, fed omnino extraneæ ab illo, de quo agebatur.

ANNOT. AD DISC. XVII.

Super articulo caducationis ob prædeceffum donatarii habetur fuprà ad *disc. 8. Et* quando donatio, feu renunciatio fit perfonalis, vel realis habetur *sub tit. de renunc. disc. 1. & feq.*

**BONON. DE BOVIIS
PRO MONTE PIETATIS, & ALIIS
CUM ANTONIO, & ALIIS DE BOVIS.**

Cafus decifus per Rotam pro Bovis.

De refolutione donationis ob non implementum eorum, quæ a donatore demandata funt, an & quando intrat, præfertim in præjudicium tertii, cujus favore implementum faciendum erat.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 De Refponfo Surdi, & Menochii in caufa.
- 3 De fundamentis Confultum in caufa fuper refolutione donationis.
- 4 De antiqua decifione Rotæ in caufa.
- 5 Stylus Rotæ efl non revocandi decifiones incidenter.
- 6 De moderna caufa refolutionis, & an moderna queflio fit eadem cum antiqua.
- 7 De fylo Advocatorum deducendis motiva licet diverfa, Et quod quandoque id etiam fequitur in decifionibus, & de ratione.
- 8 Decifiones eflè dicuntur in eo folo articulo, qui principaliter difputatur.
- 9 De materia refolutionis donationis ob ejus non implementum.
- 10 De diftinctione refolutionis quoad donatarium, fed non quoad tertium, & quod non per hoc bona redeunt ad donatorem.
- 11 An adfit fideicomiffum, fi conflat, quod donator id habuerit in animo, quamvis alteri commiffèrit ordinationem.
- 12 Data facultate difponendi intra certum genus, non facta

- 13 *dispoftione, veniunt omnes de illo genere.*
- 14 Donator non poteft nova gratamina donatario adicere.
- 15 *Dispoftio donatoris poft donationem attenditur pro interpretatione, feu probatione voluntatis quam habebat tempore donationis.*
- 16 De eodem.
- 17 Qualis fit effectus, an vocatus quis cenfeatur à donatione non refoluta, vel ea refoluta, ab alia difpoftione.
- 18 Quod ifta fit queftio voluntatis, & quomodo decidendæ fit.

DISC. XVIII.

Iulius Bovius, donationem de aliquibus bonis fecit Carolo Epifcopo Oftunenfis ex fratre nepoti, fub ea lege, fuit de illis, in vita, vel in morte, difponere deberet ad favorem unius ex filiis fratrum ipsius donatarii, cum fideicomiffis ei venis filiis, illucque ad aliquos annos, idem donator decedens, in teftamento heredem fcripfit Andream unicum filium tunc fuperfitem Alexandri alterius nepotis, didicque Caroli donatarii fratris, cum perpetuo, & fuffeiffivo fideicomiffio ad favorem ejus defcendentis; Cumque poft donatorem, obiiffet etiam ab intestato donatarius, nulla facta difpoftione, poftmodum verò ex præfato Alexandro alii fufcepti eflènt filii; Hinc fequuta dicti Alexandri morte, inter fratres occasione dividendi paternam hæreditatem, orta efl cõtroverfia fuper bonis in dicta donatione contentis, prætendentes Andrea, illi debita eflè præcipua; Vel quia cenfeatur de jure nominatus à donatario; Vel quia refoluta donatione eadem bona redirent ad hæreditatem donatoris, cujus ipfe etiam erat hæres; Econverfo autem reliqui fratres prætendebant eadem bona remaniffè libera in hæreditate dicti donatarii, & confequenter delata ad Alexandrum fratrem inteftatum heredem, cujus equaliter ipfi contendentes hæredes erant; Quarè introducra caufa in Rota coram Millino, contextualiter pro Andrea fcripfitur Menoch. cujus refponfum inter ejus confilia regiftratum efl *conf. 922. & Surd. cujus pariter refponfum efl regiftratum inter fua conf. 775. ac denudè idem Surd. refpondendo quibusdam motivis factis ad verfus utrumque ejus, & collegæ refponfum, denudè pro eodem Andrea fcripfit, ut patet ex *conf. 369.* quod efl pofterius altero, quamvis ex errore imprefforis ordo fit inverfus.*

Quatuor autem fundamenta dicti Confultentes, cum docto quidem, ac elaborato, nimium tamen prolixo, ac fuperfluo extero confueto stylo deducebant; Primo fcilicet, quod cum donator futuram difpoftionem à donatario faciendam ex neceffitate injunxiffet per verbum *debet*, cum reftrictione ad certum genus, idè dictus Andreas ex fratre nepos vocatus cenfeatur à donatore juxta regulam text. in *l. unum ex familia ff. de legatis fecundo*, cum ibi communitur notatis, & de ejus textus difpoftione, ac diftinctione habetur alibi *infra hoc eodem tit. difcurfus 36.* Secundo, quod cum dixiffet difponi debere cum uno, ita per quamdam fpeciem primogenituræ ad numerum fingularem fe reftringendo, difpoftio dicto Andree tanquam primogenito, fed natu majori conveniret, ex iis quæ habentur in *Anconitana fub tit. de fideicomiffis difcurfus 183. & alibi eodem tit.* Tertio potiffimè, quod ficio regulanda efl à veritate, quam excedere non poteft, unde cum de tempore mortis dicti donatarii folus Andreas procreatus eflèt, hinc fi idem donatarius nominationem facere voluiffet, atque prælegendi facultatem haberet, non poterat cum aliis adhuc non procreatis, & ignotis eam exercere, ideoque ipfe Andrea ita perneceffè nominatus cenfeatur; Et quartò demum, quod in omnem eventum non adimpletam conditionem per donatorem expreffè adiectam, donatio refoluta eflèt, atque bona donata reverfa ad hæreditatem donatoris, cujus etiam ipfe Andrea erat unicus hæres.

Propofita verò caufa in Rota coram Millino, *sub die 20. Februarii 1598.* pro Andree juxta præmiã prodiit refolutio atque in decifione defuper edita, quæ habetur impreffa inter illas ejufdem Millini *dec. 163.* omnia dicta quatuor fundamenta deducuntur, non explicando in quo magis infifteretur, principaliter verò, ac major difcurfus efl fuper hoc ultimo motivo refolutionis donationis ob conditionem non adimpletam.

Acquiefcentibus autem aliis fratribus dictæ refolutioni, atque Andree dicta bona donata obinecè, hinc illa, vel eorum aliqua diftraxit in Montem Pietatis, & alios, contra quos fequuta ejufdem Andree morte, Antonius ejus filius, ejufdemque Antonii filii, judicium inftituerunt in Rota coram Barlemon pro dictorum bonorum vindicatione in vim fidei-

fideicomiffi à præfato Julio in teftamento ad eorum favorem ordinati; Cumque caufa reftringeretur ad punctum, an donatio refoluta eflèt, ad eubus bona donata reverfa eflènt ad donatorem, & confequenter caderent fub ejus teftamentaria difpoftione tanquam hæreditaria, necne, vel potius præfarent ad Andream in vim donationis jure propriæ vocationis, aliud fuffeiffivum fideicomiffum non continentis, Obiceatur autem per actores de *dicta difpoftione Millini*, per quem dicta refolutio firmatur, atque Ifylus Rotæ fit ejus decifiones præfupponere non autem revocare incidenter, & non nifi cum particulari difputatione, an ab eis eflèt recedendum, necne; Hinc proinde defuper particulari dubio eoque propofito *sub die 5. Decembris 1670.* pro dictæ decifionis confirmatione refponfum fuit.

In hac autem difputatione, Ego evocatus caufæ defenfionem poftquam jam firmatum fuerat dubium, an eflèt ftandum, vel recedendum à dicta decifione *Millini*, quiniò propofitum, dilata refolutione, pro meo fenfu, id laudæ non potui, fed quia res non erat amplius integra, idcirco opus fuit per viam jam inftitutam quamvis incongruam cum aliis ambulare; Nò videbatur enim quomodo congrueret, ut nos, qui habemus caufam ab Andree, cujus favore prodiit decifio, illam impugnare poffemus, ac deberemus; Ac etiam quia ahtiqua difputatio prædicta diverfa percutiebatur queftionem, an fcilicet bona donata remaniffent in hæreditate Caroli donatarii, adeo ut tranfmiffa fuerint ad ejus inteftatum hæredem, & fuffeiffivè tanquam effecta de iftius patrimonio, æqualiter præfarent ad omnes filios, vel potius præcipua eflènt Andree, five id fequeretur jure donationis, five jure teftamenti, cum unus & idem eflèt effectus. In præfenti autem queftio erat diverfa, fcilicet pofta vocatione folius Andree, cum aliorum fratrum excludione, ipfe alteri fideicomiffio gravatus eflèt: quod prædebat a puncto, an mereitur ejus juxta donationem, vel à teftamento; idem nonquam difcurfum, fuit fed quia illi expediebat vincere, five ex uno, five ex altero titulo, idcirco, tam dicti Confultentes exteri, quam Curie defensores, plura quamvis diverfa cumulantur motiva, juxta regulas Advocatorum, & defensorum, pro varietate ingeniorum judicium, opportunas, ac neceffarias, ut, fi unum difplicet, alterum placeat, & cõtra; Rota verò refpicendo ad folum finem terminandi cõtroverfiam, de qua agebatur, conclufit refolutionem per fingulari fuffeiffione dicti Andree, dum voca in hoc generaliter concordabant, fed quia fortè (ut frequenter contingit,) y nota erant diverfa circa rationes, vel motiva, idcirco omnia admiffa fuerunt, ut pote ad eundem finem tendentia, eumdemque effectum producentia, non curando examinare, an magis ex uno, vel altero titulo fuffeiffio competeret.

Et confequenter punctus, de quo in præfenti moderna cõtroverfia, non fuit nec difcurfus, nec decifus, ideoque dicti non poterat defuper ad eflè decifionem, cum hæc eflèt dicatur in eo puncto, ut articulo, qui principaliter difputatus, ac decifus fuerat, ut fapientia ipfa Rota preteftata efl, præfertim apud Seraph. *dec. 239. n. fin. dec. 17. n. 9. part. 7. recent. dec. 196. part. 11. num. 38. & fequenter.*

Quatenus igitur ad hunc punctum præcisum pertinet, quamvis Scribes hinc inde inifterent in generalitatibus, ut plurimum defumptis ex *dictis conf. 369. & 375. Surdi, & 922. Menoch. & per Rotam dec. 203. par. 6. rec. & in Mediolanen. donationis 10. Junii 1645. 16. Martii, & 17. Decembris 1646. coram Gbiterio Impreff. in dd. ad Caftell. 8. Januarii decif. 19. 20. & 22. in Neapolitana hæreditatis 27. Januarii 1668. Carpinea, edita in caufa, de qua *sub tit. de fideicom. difc. 154.* cum fimilibus, nimium elaborando fuper verbis, & claufulis, præfertim verò in claufula, & non aliter, adimente confenfum ab actu, cum fimilibus generatim volitatis, potius facti quam juris eflèt, ideoque pro facti qualitate, & circumftantiis decifus debeatur, ac propterea, procedendo cum diftinctione fuperius enunciata in *Romana donationis de Anafiffis difc. 9.* quod fcilicet, Aut agitur de refolutione donationis in ordine ad ipfum donatarium non adimpletam, & nè bona donata liberè tranfmittere valeat ad ejus hæredes, ita agendo folum de hoc pucto decifio apud Millin. *d. dec. 163.* & refolutio eflèt juffa, benèque fundata, quoniam ex donationis contextu evidentè conftabat, donatorem noliffè, ut in primo donatario de legitima fuffeiffione jam defperato, utpote in Epifcopali ordine conftituto, bona eflènt ad liberam difpoftionem, vel tranfmiffibilia ad quofcumque, dum per unum neceffitatis, ac præcepti eum obligare voluit ad difponendum juxta fundamenta deducra*

per Menoch. & Surd. ubi fuprà, cum in hac parte voluntas videretur clara, atque ad hunc effectum benè operati va eflènt verba, quæ pro refolutione à fcribentibus in contrarium ponderabantur, præfertim verò claufula, & non alias &c. ideoque dicebam, quod in hac parte concordabamus, ut dicta decifio confirmationem mereretur.

Pofta verò dicta refolutione quoad donatarium, ad effectum ut per ejus mortem omne jus refolutum eflèt, neque aliquid remaniffet tranfmiffibile, punctus erat, an bona reverfa eflènt ad donatorem, vel ejus hæreditatem, tanquam per reverfionem ad fuam primæviam caufam, vel potius præfarent ad eum, qui non facta per gravatum, fed fiduciariam diverfa difpoftione, cenfeatur de jure vocatus; Et in hoc, probabilior dicebam hanc fecundam partem, quoniam de donatoris certa, & determinata voluntate ordinandi in his bonis fideicomiffum conftabat ad text. *l. cum pater ff. finali ff. de legata. & in l. fuffeiffio C. inflitit. & fuffeiffio cum concordantibus, de quibus *sub tit. de fideicomiffis difc. 118.* Ac etiam facultas erat per viam neceffitatis, cum reftrictione ad certum genus, juxta terminos, ac diftinctionem text. *in l. unum ex familia ff. r. ff. de legatis fecundo*, ideoque cenfeatur vocati omnes equalis gradus de genere, nifi de teftatoris expreffa, vel conjeftura voluntate conftet, excludendi refolutionem numeri fingularis in pluralitates, quo caufu vocatio convenit primogenito, feu natu majori, ut *d. difc. 183. de fideicomiffis.**

Et confequenter, fi vocatio refultabat à perfectâ, & irrevocabili donatione inter vivos, venire, quidem dicitur vocatus ex judicio, & providentia gravantis potius quam gravati, ita tamen quod per ipfum gravantem ex defectu potestatis revocandi, vel minuendi jam portèdam donationem, non poverit in alio gravari, quam in eo quod in ipfa donatione continetur, fedus autem per fubfequentes teftamentum, ex quo actores fuum jus merebantur, juxta ea, quæ in his fpocialibus terminis defectus potestatis donatoris gravandi venientes jure donationis cum novis vinculis in teftamento adjeftis, habentur pluries deducra *sub tit. de fideicomiffis difc. 134. cum plurib. feqq.*

Verum, his etiam ita pofitis (ut in fenfu etiam veritatis probabilibus videbatur,) adhuc tamen ultima refolutio favore actorum probabilis vifa efl, eaque fuit juxta votum, quamvis ejus modus, vel ratio non placeret, quod fcilicet dicta decifio Mellini decideret; Credebam enim firmiter, vocationem dicti Andree, à donatione potius, quam à teftamento refultare ut fuprà, fed quoniam in eadem donatione exprefferat donator ejus animum, ac intentionem, ut donatarius deberet difponere quidem ad favorem unius ex filiis fratrum, non liberè, fed cum fideicomiffis, & fubftitutionibus per ipfum ordinandis, ipfe autem donatarius nihil horum fecerit, Hinc proinde cum donator in teftamento utrumque explicaverit, quod fcilicet hæredem in aliis bonis inftituit eundem, qui, ut fuprà per legem fupplementem omiffam explicationem hominis vocatus cenfeatur, ei verò expreffè adjeftis illa fideicomiffa, quæ faciendò etiam donationem, in animo habuit, explicanda per dictum primum donatarium tanquam ejus fiduciarium, fed organum, exinde fequitur, ut ipfo fiduciario non explicante, indagari debebet ipfius teftatoris, fed demandantis veriffimilis voluntas, juxta ea, quæ habentur in fuprà allegata *Anconitana*, ac etiam in *Perufina erectionis Canoniciæ d. tit. de fideicomiffis difc. 182. & 183.*

Hanc autem voluntatem non oportebat ex conjefturis, ac præfumptionibus defumere, dum ita habetur expreffè declarata, Ideoque mihi videbatur, quod teftamentum donatoris attendendum non eflèt tanquam principalis difpoftio, fuh qua ifta bona cõtroverfia venirent, fed tanquam explicatio, feu probatio voluntatis, quam etiam in his bonis donator habuit ab initio, quamvis non explicaverit, fed primo donatario explicandam commiffèrit ex prudenti motivo, ut ille inter plures fratrum, ac refpectivè nepotum fivros, poftquam eorum mores, & qualitates expertus fuerit, magis ordinate, tam unius, vel plurium perfonarum primam electionem facere, quam fuffeiffivum fideicomiffi ordinem præfcribere poffet; Fiduciario autem, fed mandatario non explicante, indaganda efl voluntas ipfius mandantis, ut fuprà, ifteque mihi videbatur hujufmodi cõtroverfia germanus intellectus, atque videbatur terminus proprii, negligendo illa generica, & vaga argumenta, quæ juxta confuetam leguleicam fimplicitatem ex regulis, fed propofitionibus generalibus, vel ex verborum, & claufularum fignificatione deduci folent, atque hinc inde in ifta difputatione deducebantur.

Quinimo ponderabam recte dici posse, quod dictus donatarius, non imprudenter, vel occitanter neglexerit adimplere voluntatem donatoris, sed ex iusto motivo, dum vidit, quod ab eodem bene omnia ordinata erant, ac propterea necessarium non putavit ad aliam dispositionem devenire, ita moriendo ab intestato, sui auctoris iudicium probando.

Effectus autem, an hæc bona competere jure vocatiōnis à donatione resultantibus, attendendo solum testamentum tanquam interpretationem, vel supplementum ut supra; Vel converso, data omnimoda resolutione donatiōnis, bona donata consolidata essent cum hæreditate, seu patrimonio donatoris, satis notabilis est, quoniam si donator in testamento, ultra genus, intra quod in donatione se restrinxit, ad aliud genus progressus esset, istud veniret in solo secundo casu, non autem primo: Ac etiam quia, si casus dedisset, ut donator intermedio tempore, debita propria, vel fidejussoria contraxisset, istius affecta non essent hæc bona donata, postmo intelligit, bene tamen affecta non haberent, postmo altero, cum similibus effectibus resultantibus ab eo principio, an ex tempore donationis bona iam abdicata essent à donatoris patrimonio, vel respective in illud reinciderint; Concludendo ut supra, quod hujusmodi quæstiones dicuntur facti, & voluntatis potius, quam juris, ideoque erroneum est, ex regulis, & propositionibus generalibus, sive ex Consuetudinum traditionibus, aut decisionibus editis in aliis controversiis, decisionem quærere, atque generale, ac indefinitam regulam statuere, cum totus punctus consistere videatur in bene indagando verisimilem disponentis voluntatem, beneque adaptando activam passivam, combinando circumstantias casuum, de quibus decisiones, vel doctrinæ agunt, an bene connectant, necne cum speciali casu controversiæ, eique applicentur.

ANNOT. ADDISC. XVIII. & XIX.

DE hac materia resolutionis ob non implementum, & quando admittitur purgatio moræ, vel restitutio in integrum, habetur quoque actum in hoc tit. de Donat. disc. 63. & 73. & sub tit. de Testam. disc. 73. de Legat. disc. 24. & discurs. 14. de matrim. & sub tit. de fideicom. discurs. 234. & 235.

ROMANA LOCORUM MONTIUM PRO PP. S. CAROLI AD CATENARIOS CUM OCTAVIA TORNIELLA.

Discursus in congressu pro directione.

DE eadem materia resolutionis donationis ob non implementum, Et an detur purgatio moræ, vel restitutio in integrum ubi de resolutione expressæ conventum est, in Ecclesia, vel minore, seu muliere, aliis que privilegiatis.

SUMMARIUM.

- 1 Adhærens.
2 Donatio resolvitur ob non implementum de jure, & fortius accedente pacto.
3 Etiam si agatur de donatione ad pias causas, resolvitur si accedit conditio resolutoria.
4 An adversus pactum resolutionem detur purgatio moræ.
5 An detur restitutio in integrum, ubi agitur de penali amissione juris quæsitæ, & de distinctione inter conditionem, & modum.
6 Distinguantur casus ad effectum resolutionis donationis ob non implementum, Et quando dicta resolutione intret, necne.
7 Pœna conventionalis ultra interesse non exigitur.
8 Mulier non potest se reddere indotatam.
9 Expenduntur controversiæ Cyriacæ super resolutione donationis denegata restitutio in integrum.
10 Consulentiis non est deferendum.
11 De majori etate Judæorum.

DISC. XIX.

Octavius, pluribus factis donationibus ad favorem diversorum consanguineorum, Octaviæ nepti ex fratre, pro dote, ut concederet nubere possit, donavit octo loca montium, & quædam alia bona, sub ea lege, ut ejus hæreditatem eximere deberet à quibuscumque molestiis, quas ejus hæreditas pati posset occasione cujusdam census cum Moniali-

bus S. Mariæ Magdalenzæ Novariæ; Cumque Collegium S. Caroli ad Catenarios hæres molestias reciperet à dictis Monialibus, dictaque donataria monita, non curasset eas in se suscipere, unde Collegium coarctum fuit solvere debitorum, hinc introducta causa in Rota coram Duzozeto super dicta donationis resolutione, datoque dubio, an donatio se resoluta, ad alteriorem dispositionem (quod sciam) devenire non esset; Forsan supra est causa per concordiam, quam in congressu desuper habito pro directione consuli dicto Collegio ob difficultates, quas desuper habebam.

In congressu autem prædicto, ac in discursu præcedente edito, dicebant alii pro eodem Collegio scribentes, quod versaremur in casu claro pro resolutione etiam ex sola dispositione juris, quamvis conditio resolutoria non adesset, multo verò magis ea concurrente ad text. in l. 1. & 2. C. de donat. que sub mod. ubi communiter scribentes, de quibus Peregr. conf. 77. lib. 5. latè Cyriac. contror. 239. & 240. Rota dec. 203. num. 1. & per totum par. 6. rec. in Mediolanen. donatione 10. Junii 1645. 23. Martii, & 17. Decembris 1646. eorundem Ghiblerio impress. apud add. ad Casill. 8. tom. contror. Et in specie resolutionis ob non implementum in solvendo debita donatoris clare disponit text. in l. 2. C. de donat. ob caus. & habetur cæteris relatis apud Staiban. jun. resol. 36. nu. 25. Rota dec. 612. nu. 2. par. 3. & dec. 338. num. 2. par. 4. rec.

Quibus ego addebam, ad eò verum esse, quod ubi dispositioni legis, accedit etiam dispositio hominis mediante pacto, vel conditione resolutoria, intret resolutio ut licet ex magis communi, & recepta opinione donatio facta Ecclesiæ, vel causæ piæ non subiacet dictæ regulæ text. in l. 1. & 2. de donat. que sub mod. & in l. finali Cod. de rec. donat. ex deductis supra disc. 12. & 15. & in aliis; Attamen secus est accedente pacto resolutorio in casu non implementi, quoties istud non sequatur ex facto Papæ ob causam publicam, cum etiam in piis dispositionibus, ille qui poterat non donare, leges & conditiones sibi placitas, ac vilas apponere valeat, ut rejecta opinione Innoc. in cap. verum de condit. appositis, firmant magis communiter Canonistæ relati per Tiraquell. de retrad. convent. ad suum titulum num. 14. Cyriac. d. contror. 240. num. 12. & non negatur in decisionibus dictam regulam favere Ecclesiæ, vel piæ causæ firmantibus d. disc. 12. & 15. Et de pluribus resolutionibus donationum ad pias causas habetur in præcedentibus, ac etiam apud Rojas dec. 244. ubi de lege resolutoria adjecta in fundatione cappellanæ, quatenus impedita præsentatione per patronos, alias provideretur, ut advertitur in sua materia sub tit. de Jure patronatus.

Difficultas autem, præsupposita dicta regula tanquam vera, residebat in ejus limitatione, seu modificatione, an scilicet dicta donataria resolutionem evitare possit cum purgatione moræ, rescindendo hæredi donatoris, id quod ex causa dictarum molestiarum, ac debiti per donatarium assumpti solvisset; Sive quod, non intrante purgatione prædicta, eidem tanquam mulieri, & minori, succurrendum esset beneficio restitutionis in integrum.

Primum motivum purgationis moræ, capiendò istam simpliciter, & de se in ea specie purgationis de canonica æquitate competentis ad evitandam devolutionem, seu penalem caducitatem, & de qua pluries sub tit. de emphiteusi, non videbatur considerabile, quoniam magis receptum est, ut adversus expressum pactum resolutionis post jam declaratam resolutionem moræ, purgatio non detur, cum resolutio non dicatur sequi in pœnam, sed ob deficientem voluntatem non donandi, Dec. conf. 452. num. 17. cum aliis generaliter deductis per Grat. disc. sept. 786. in fine. Merl. de pign. lib. 4. qu. 123. nu. 66. Greg. & Adden. dec. 369. Et in speciali terminis donationis cæteris relatis Staiban. d. resol. 36. num. 11. cum seqq. latè Cyriac. d. contror. 239. nu. 18. & seqq. & contror. 240. ex nu. 15. ubi num. 20. & 21. ratio assignatur quod ita esset cogere donatorem invitum ad novam donationem faciendam, dum prima est jam resoluta, & habetur etiam dec. 203. n. 19. par. 6. rec.

Verùm stante qualitate donatarie, mulieris, ac minoris, Ego magnam difficultatem habebam, ut dicta purgatio admittenda esset ex beneficio restitutionis in integrum, juxta ea, quæ etiam in casu impossibilis retractationis, seu purgationis super restitutione in integrum adversus præceptum testatoris data mulieri minori, habentur plene per Rotam dec. 393. par. 4. rec. tom. 2. & apud Marcian. jun. disp. 77. & sub tit. de matrimonio præsertim in Avenione. Licet enim dictæ, ac aliæ auctoritates percutiant dispositionem per ultimam voluntatem, undè propterea, quoties non agitur de conditione adjecta à parte antea, quæ tanquam qualitas, neces-

necessaria sit ad assequendum, adeò contraventio impediat solum jus quærendum, sed adjecta est à parte postea, & per viam modi, itaut importet pœnam privationis juris quæsitæ, & iusta excusatio, seu restitutio in integrum concedatur, quod non ita de facili procedit in pactis resolutoris inter vivos, in quibus dicta distinctio inter conditionem, & modum non ita procedit, præsertim verò in legibus, quæ in donatione adiciuntur juxta firmata in supra allegata Mediolanen. coram Ghiblerio, cum aliis super dicta distinctione sub tit. de fideicom. disc. 154. & seqq. & sub tit. de testam. disc. 73. ac etiam in dicta Avenione, & in aliis dict. tit. de matrim. Attamen ob aliquam rationis identitatem satis ad rem influere videbantur.

Magis autem proximè discurrendo dicebam, longam differentiam in hoc proposito videri, ut etiam disc. præced. advertitur, inter eam contraventionem, quæ concernat personam ipsius donatoris superstitis, puta, illi denegando reservata alimenta, vel conventam præstationem, quod ingratitudinis speciem redoluit, ipseque donator ejus voluntatem declarat, in quibus terminis procedunt firmata in dicta Mediolanen. coram Ghiblerio, quo casu urget convincens, nimiamque probabilis ratio, ob quam hujusmodi purgationis moræ, vel restitutionis in integrum remedia de facili deneganda sunt, nè alias donatario legitimum reddatur sub hoc clypeo, cum ingratitudine donatorem contemnere, eumque positivè offendere, præsertim circa denegationem alimentorum vel præstationis reservatæ, ut frequentius contingit, ideoque rationabiliter ita rigorosè procedendum est, ut etiam in ipsis terminis emphiteutis, ac adversus illam purgationem moræ, quæ de canonica æquitate conquiretur pro evitanda penali caducitate, quando dicta ratio urget, ponderatur in dicta sua materia sub tit. de emphiteusi in Florentina disc. 46.

Quod verò donator mortuus est, atque conventio non habeat eandem injuriæ, vel ingratitudinis rationem, ut contingere solet in desertione cognominis, & insignium cum similibus juxta ea, quæ ad materiam conf. 19. Paris. lib. 1. habentur sub tit. de fideicom. disc. 7. & in aliis; (& quo casu ex rationis identitate aliqua difficultas cadere potest;) Sed agitur de implemento concernente nudum interesse burfale, Et tunc secus dicendum mihi videbatur, ut sufficere rescere donatoris hæredi, vel alteri à molestiis eximendo, id quod interest, quoniam cessante dicta ratione ingratitudinis, ac injuriæ factæ donatori, cuius donandi voluntas ita verisimiliter desicere dicitur, ista diceretur potius species pœnæ conventionalis, quæ in iis, quæ concernunt burfale interesse, de canonica æquitate non exigitur, sed sufficere rescere, id quod interest; Aff. & Add. dec. 135. Genuen. in prædictabil. Eccl. 688. & habetur pluries deductum præsertim sub tit. de locat. disc. 43. & 48. & sub tit. de Regal. disc. 117. & alibi.

Ac etiam ponderabam quod eidem juris conclusioni assisteret verisimilis donatoris voluntas, quod cum finis per eum habuisset, solum, ut ejus hæres pro dicto debito molestias non haberet, neque hæreditas jacuram pateretur; probabile est, quod si resurgere, ac interrogari, oblata supplicatione contentus esset, non autem ad favorem extranei hæredis adversus nepem ex fratre, quæ magis ex negligentia viri, vel ejus administratoris desecerat, rigorosum usum dictæ conditionis resolutorie exerceret.

Ea etiam notabili circumstantia accedente quod dictam donationem patrus nepiti, forsitan aliunde non provixit, fecerat, satisfaciendo ejus dotandi obligationi, quam verius esset patrum in subsidium incumbere ex deductis in sua materia sub tit. de dote disc. 142. ea sciendo ita qualificatam; sed oneratam, perinde ac si donasset id minus, quod importaret istud debitum incertum, ac eventuale, utpotè fidejussorium potius quam proprium, quod ex bonis principalis debitoris satisfieri potuisset, adjuciendo conditionem reservationis, potius ad inveniendum aliquem timorem, & pro quadam majori cautela, quam ut verè desicere diceretur donandi voluntas, ideoque in hujusmodi quæstionibus decidendis, ubi præsertim ipse donator non supervivat, ejusque voluntatem in contrarium non declarat, erroneum est cum generalibus propositionibus, vel doctrinis pariformiter in omni casu procedere, sed ad singulorum casuum circumstantias, reflectendum est, tac pro facti qualitate judicandum, ut etiam disc. proximè præced. advertitur.

Alia quoque considerabili circumstantia accedente, quod dicta donataria adimplendo finem in mente donatoris habitum jam nuperat, atque bona donata in dotem dederat, adeò ubi fieret locus hujusmodi resolutioni, ipsa remane-

ret omnino indotata, undè propterea si mulier quamvis major etiam per expressam alienationem, vel obligationem actum, suæ dotis conditionem omnino deteriorem efficere non potest, atque se indotatam relinquere, ut pluries in sua materia sub tit. de dote; Multo minus dicendum est, ut id sequi debeat per hujusmodi negligentiam, quæ potius à culpa viri, seu administratorum provenire potest; Ideoque concludendum, quod dicta donataria per speciem purgationis moræ, ut supra offerente totum id, quod intererat, acceptandum esset, neque in hujus iuris præsequione immorandum, cum potius timenda succumbentia esset, quam speranda victoria.

Et quamvis in his specialibus terminis denegandi mulieri, ac minori restitutionem in integrum adversus consimile non implementum in donatione demandatum, plene ac elaboratè plura fundamenta deducat Cyriac. d. contror. 239. & 240. ex quibus quando scribi debuisset more Advocati ad causæ opportunitatem, nimum fuisse fuisse, amplendo partes præscriptoris, plenas & copiosas informationes edere, istaque auctoritas individualis juxta solum satis placere potuisset, dum loquitur in individuo mulieris & minoris; Attamen mihi videbatur quod de illa nulla habenda esset ratio; Tum ex modica fide, quæ regulariter Consulentiis præstanda est, utpotè doctrinæ venali, seu conductitiæ, ut advertitur apud Franch. dec. 260. n. 5. & 6. Rota dec. 438. n. 12. & seqq. p. 9. rec. & frequentar, Tum etiam quia ibi agitur de quadam muliere Hebræa, in qua supponebatur, quod neque adesset circumstantia minoris ætatis, ex eo quod ex lege Moisaica minor ætas completeret in anno pubertatis, quod latè idem auctor examinat contror. 241. Aliaque concurrerant circumstantiæ diversæ ab hac facti specie, procedendo in reliquis, cum doctrinis, ac propositionibus generalibus more Consulentiis præsertim de partibus, qui licet doctæ, ac elaborati, in uno responso adijcere solent totum id quod sciunt, vel in ea materia inveniunt, ut patet ex lectura, ideoque cum ista sit quæstio volumatis, totum est in applicatione, ex facti qualitate, ac singulorum casuum circumstantiis decidenda, licet regulanda.

ROMANA BONORUM PROMONASTERIOS. APOLONIÆ & ILLIS DE PARIS CUM ALBERTINIS.

Discursus in congressu.

Ad materiam text. in l. si unquam C. de revoc. an. donat. quando illius renuntiatio, seu cogitatio filiorum cessare faciat ejus dispositionem, Et an intret in donatione habente annexum aliquod onus, Et quatenus intret, an requiratur declaratio donatarii in vita vel resolutio allegari possit per hæredes.

SUMMARIUM.

- 1 Adhærens.
2 Aegidiana non ligat ecclesiasticos.
3 De interdictis quorum bonorum, ad que bona detur, an contra titulum possidentem.
4 Pro resolutione ex l. si unquam, an requiratur declaratio donatarii, & an facultas id declarandi transmittatur.
5 L. si unquam non procedit in donatione onerosa, vel causativa.
6 In qua neque requiritur insinuatio.
7 Isti termini insinuationis, & l. si unquam parificatur.
8 Quando dicatur ad dictum effectum onerosa.
9 Quando d. l. si unquam, cesset ob renunciationem, vel quia de filiis cogitatum sit.
10 Expeditur conclusio, quod renunciatio l. si unquam, non capis casum verisimiliter inopinatum.

DISC. XX.

Joannes Dominicus de Albertinis habens ex prima uxore tunc vivente unicam filiam, donavit Andream fratri quandam domum, aliaque bona in Urbe ejusque districtu existentia, cum onere ea restituendi illi ex ejusdem Andree filiis, qui fieret Sacerdos, alio etiam onere adjecto, ut tam à primo, quam à secundo donatario, præstari deberet habitatio in eadem domo filiis masculis ab ipso procedendis, quatenus ad Urbem accederent, ibique morari vellet; Cum autem

autem dictus donator, mortua prima uxore, quae de tempore donationis senex, atque ad filiorum procreationem inhabilis iudicabatur, ex secunda uxore plures procreasset filios. Hinc isti, mortuo patre, praetendentes dictae donationis resolutioni locum factum esse, iudicium tanquam patris haeredes ad intestato ex interdicto quorum bonorum obtinuerunt sententiam immissionis ad domum praedictam, aliaque bona donata, a qua sententia commissa per Signaturam causa appellationis in Rota cum clausula, *Consuetudo sit locus Aegidianae*, datoque ad formam dicti recessus dubio, an esset locus Aegidianae.

In Advocationem egressu, iuxta laudabilem styllum pro causa directione habito, discurrebatur, duas esse huius dispositionis partes: Unam ordinis, an scilicet locus esset interdicto quorum bonorum, quod tanquam possessorem in Urbe, & Statu Ecclesiastico non admittit appellationem suspensivam ex dispositione Constitutionis Aegidianae, quae sublata contraria dispositione juris canonici admittentis in quocumque possessore adipiscenda, vel integrandae, appellationem ad utrumque effectum, reducit rem ad terminos juris civilis, iuxta dispositionem textus in *l. unica C. si de moment. possessione*; Et alteram circa iustitiam, ac materiam negotii principalis, de quibus iuxta styllum quotidianum semper agi solet etiam respectu primae inspectionis concernentis solam ordinem, ex receptissima propositione, quod Aegidiana locum habet in sententia iustis, & validis non autem in invalidis, vel iniustis, quae nunquam executionem merentur, ideoque in quantumvis exequutivis ac privilegatis iudicis appellatione admittunt ad utrumque.

Quatenus igitur pertinet ad primam inspectionem ordinis, plana videbatur resolutio negativa, pro Aegidianae exclusione, ex solo fundamento, quod inter reos conventos & possessores adesse dicitur Monasterium Monialium, quod tanquam ecclesiasticum non subiacet dictae Constitutioni, quam receptum esse lege laicalem non ligantem clericos, & personas ecclesiasticas, itaut istius mixtura causet appellabilitatem in totum etiam respectu laicorum, & subditorum ex deductis per *Othob. dec. 170. num. 8. cum seq. & alias quotidie*, quoniam hoc iure passim vivitur, ut in sua materia *sub tit. de iudicis*.

Clarius vero ratione manifesta incompetentiae huius interdicti; Tam quia illud non datur contra possidentem titulo particulari, quos hic habitus est in vita ejus, de cuius successione agitur, & fortius si ab ipsomet, cum sola difficultas cadat in eo titulo, qui habitus est post mortem defuncti *Bart. in l. finali Cod. hoc. tit. & ceteri per Mant. dec. 249. n. 9.* qui dicit hoc apud omnes legum interpretes receptum esse, *Burrat. dec. 772. n. 3. cum seqq. Rota dec. 263. nu. 2. p. 3. rec.* Tum etiam quia hoc interdictum datur ad bona per defunctum possessa tempore mortis suae, *l. ff. hoc. tit. Menoch. de adips. rem. d. n. 78. cum seqq.* Unde cum bona per defunctum tempore mortis non possiderentur, dum ab eodem donationes inere vivos titulo in alios translata fuerant, ita ineptum videbatur hoc iudicium, quamvis ob filiorum supervenientiam locus esset resolutioni, etiam ab ipso donatore vivente declaratae, quoniam id operari potest recuperationem bonorum, ut ad priorem causam, ac donatoris dominium, & possessionem denuo mediante facto iudicis revertantur, nullatenus vero talem acquisitionem in dominio & possessione, quod dici possent possessa per defunctum tempore mortis, ut requiritur ad effectum competentiae dicti interdicti, quod inspecta veritate omnino incongruum videbatur.

Quo vero ad iustitiam causa: ac merita negotii principalis, disputationis punctus restringebatur ad dispositionem *text. in l. si unquam C. de revoc. donat.* an scilicet ob filiorum supervenientiam, dicta donatio resoluta esset; In hoc autem, ex triplici fundamento dicebam negativè respondendum videri; Primo, quia dum donatio executioni mandata erat, bonaque donata iam abdicata erant a donatore, atque transferant in posse donatarii, ex veriori sententia ita distinguere, ad effectum talis resolutionis, necessaria erat declaratio ipsius donatoris in vita, qua non sequuta, firma remanet donatio, neque jus faciendi talem declarationem videtur transmissibile ad haeredes, ut firmant *Alex. & ceteri collecti per Tiraquell. in hac lege verbo revertatur. nu. 10. cum seq. Clar. S. donatio, quaest. 23. & cum hac distinctione procedit Rota dec. 591. n. 4. & 5. p. 5. rec.*

Secundo, quia non agebatur de pura, & gratuita donatione, sed onerosa & causativa, cum onere scilicet restituendi ipsius donatarii filio sacerdoti, & cum alio onere praestandi habitationem filii masculi ex ipso donatore

procreandis; Ideoque in hac donationis specie non habere locum dispositionem *l. si unquam* firmant *Tiraquell. ibidem verbo donatio largitus n. 141. Gabr. de donat. concl. 2. nu. 40. & 79. Cyriac. con. rev. 170. n. 3. cum seqq. Fontanell. de pact. claus. 5. glof. 8. p. 3. n. 76. Rota dec. 320. nu. 41. p. 6. rec. & ceteri, quae habentur de infirmatione, vel alia solemnitate requiritur in simplicibus, ac pure donationibus, ut non requiritur in huiusmodi causativis, vel onerosis, ut apud *Caval. dec. 407. n. 4. Burrat. dec. 461. n. 8. Othob. dec. 182. nu. 17. dec. 460. num. 6. par. 4. rec. tom. 2. dec. 58. nu. 50. & 118. nu. 11. par. 6.* Istenim termini pariterant, ut per *Tiraquell. dicto verbo donatione largitus num. 143. ibi concordantes.**

Et licet pro ratione dubitandi, discurrendo, considerarem, quod tunc donatio dicitur ob causam, ubi continetur onus ad favorem ipsius donatoris, vel descendendum ab eo, non autem, ubi ad favorem tertii, & fortius ubi tertius est de descendentibus ipsius donatarii, cuius favorem quodammodo dictum onus videtur continere; Nihilominus contrarium receptum videtur, ut scilicet desinat esse pura, & simplex donatio eo ipso, quod bona donata non sunt ad liberam donatarii dispositionem, five onus respiciat favorem donatarii five tertii, ut *dicta dec. 460. p. 4. tom. 2. Othob. ubi supra, & ceteri ibidem*, atque ita in proposito infirmationis, vel aliarum solemnitatium videtur saepius iudicatum in praxi.

Tertio demum, quia non solum in donationis instrumeto aderat renunciatio omnibus legibus ad favorem donatorum facientibus, sed in specie *l. si unquam*; Verum in hoc nullum constituebatur fundamentum, cum id esset inter clausulas generales, & executivas, ut plurimum de Notariorum stylo apponi solitas, ut advertunt ad *Thefar. dec. 111.*

Solidius autem videbatur alterum fundamentum, quod ex eodem instrumeto clare patebat de filiis natusis cogitatum fuisse, dum eis pacto consultum est de habitatione in domo donata, quando a patria ad Urbem accederent, ibique morari vellent; Ubi enim de filiis donator iam cogitavit, tunc non intrat *d. l. dispositio Gabr. dicta concl. 2. 49. Tiraquell. in eadem l. in praefat. nu. 78. cum seqq. Castill. lib. 2. contr. c. 13. nu. 50. Rota dicta dec. 591. nu. 7. p. 3. rec.* Distinctum legis dispositio fundata est in simplici juris praesumptione, quod si donator de filiis natusis cogitasset, non donasset, ideoque cum praesumptio semper cedat veritati, hinc certum esse dicebam, quod ubi constat cogitasse, talis praesumptio cessat, dummodo tamen id constet certitudinaliter, & explicitè, ut in praesenti, Secus autem, ubi cogitatio deducitur solum virtualiter, ac implicite per renunciacionem *d. l. si unquam*, cum possibile sit id a Notario appositum esse, donatore non audiente, vel audiente, & non adverte, seu dictae legis dispositionem ignorante, & tunc renunciacionis vim non percipiente, ut advertitur *dicta dec. 591. par. 3. rec.* quae in materia videtur notabilis.

Major autem difficultas reducebatur ad conclusionem, de qua *Soccini. conf. 126. lib. 3. & ceteri per Tiraquell. in praefat. n. 111. Adden. ad Thef. dec. 121. Fontanell. de pact. claus. 5. glof. 8. p. 3. n. 16.* quod scilicet ubi agitur de donatione habente uxorem senem, vel steriliem, ita verificari debet de filiis desperatum, tunc renunciatio *d. l. si unquam*, non habeatur in consideratione, neque capiat casum infuccionis filiorum ex secunda uxore, quam mortua priori duxerat, cum videatur casus verificari incogitatus.

Ponderabam tamen hoc rectè procedere, atque videri verum, ubi solum ageretur de explicita, vel implicita renunciacione dispositioni *dictae l. si unquam*, quoniam, opinando donator filios non esse susceperum, ita donavit solem mensis Augusti, proindeque probable est, quod si ad istum casum cogitasset, non renunciasset; Secus autem ubi non agitur de simplici renunciacione, sed actu negativo, sed de cogitatione positiva, quia nempè (ut in praesenti) curaverit providere de habitatione per donatarium praestanda filiis masculis ab ipso procreandis; Quo magis enim tunc habebat uxorem senem ac steriliem, eo magis liquido constat cogitasse deducendo secundam uxorem, huiusque ex ea procreando, dum provisio praedicta restricta erat ad filios legitimos, & naturales ex legitimo matrimonio, quod per se necesse supponit casum praedictum habitum fuisse in intentione; Tota enim hac materia est praesumptiva, cum dispositio huius legis in praesumptione fundetur, ita ut si qualitas donatarii, vel bonorum donatorum suadet verisimiliter donatorem de filiis cogitatum, adhuc donasse, dispositio etiam dictae legis cesset, quoniam praesumptio a dicta lege

ge subintellecta suffocatur a fortiori praesumptione, quae ex facto resultaret; Atque hanc dicebam mihi videri veritatem, dum praesertim non erat donatio aborbens notabilem aliam partem, sed de quadam portione bonorum, quam habebat in communi cum fratribus in Urbe; Non tamen disputatum fuit, incertumque ex qua causa, vel quia concordatum, vel quia mutati defensores.

ANNOT. ADDISC. XXI. & sequen.

De resolutione donationis ob supervenientiam filiorum habetur quoque in *hoc tit. de Don. disc. 71.*

TOLENTINA DONATIONIS PRO CATERUO MARIANO CUM JOSEPHO PASCUCCIO.

Casus resolutus per A. C. pro Catero.

De eadem resolutione donationis ob supervenientiam filiorum ex *l. si unquam Cod. de revoc. donat.* Et de donationis nullitate ob non servatas solemnitates statutarias, quamvis extra locum Statuti.

SUMMARIUM.

- 1 **F**acti series.
- 2 De Constitutione Aegidiana circa donationes, & qualis sit Aegidiana, qualis vero Carpenis.
- 3 An in donatione servandum sit *mutuum donatoris*, vel illud loci donationis.
- 4 De casu in quo attendendum est illud loci donatoris, quamvis extra illum donatio facta sit.
- 5 Et de altero quando idem dicendum sit.
- 6 Renunciatio l. si unquam, an & quando obstat.
- 7 De casu, in quo, etiam si dicta renunciatio adsit, ac de filiis sit cogitatum, adhuc donatio resolvitur.
- 8 De limitatione l. si unquam, & quando non intret.
- 9 Testamentum imperfectum an obliget in conscientia.

DISC. XXI.

Cateruus Marianus Tolentinas, Romam veniens de anno 1660 ut ibi per aliquos dies moraretur, à concive Josepho inductus fuit, ut omnium suorum bonorum donationem ei faceret; Ad breve autem tempus ad patriam rediens, ibique suscepta uxore, ac filiis procreatis, agnoscendo imprudentiam, cum qua ad donationem processerat, iudicium instituit coram A. C. super illius invaliditate, vel resolutione, atque deducendo nullitatem ob non servatam formam praesertim per Constitutionem *Marchiae lib. 1. c. 23. in fine*, iuxta additionem Cardinalis Carpenis, resolutionem vero, seu revocandam facultatem ex dispositione textus in *l. si unquam Cod. de revocand. donat.* ob filiorum supervenientiam.

Pro auctore scribens, in primo fundamento aliquam habebam difficultatem, quoniam licet Constitutiones Aegidianae fuerint extensae per *Paulum III.* ad Urbem, ac universum Statutum ecclesiasticum, cum amplissima confirmatione, per quam subacta remanet omnis difficultas, quae alias cadere posset super potestate tollendi efficaciam iuramentum; Attramen in hac parte Constitutio non est Aegidiana, sed Carpenis, ex qua differentia dno resultant; Primo scilicet dicta iuramentum, non est operativum; Et secundo, quod non egredereur legam, ideoque non attendenda in hac donatione utpote facta in Urbe, & sic extra Territorium statuentis, dum non agebatur de solemnitate alias inhabilitante personam, quo casu Statutum respicit subditum etiam extra propriam ditionem, sed de respiciente forma actus, iuxta communem, & receptam distinctionem, cum qua Rota, & Curia procedit; Ut supra generalia, de quibus frequenter alibi praesertim *sub tit. de alienat. & contr. d.* In specialibus terminis donationis factae non servata forma Statuti donatoris extra ditionem statuentis discussio articulo firmatur *dec. 238. p. 6. rec.* & apud *Burrat. dec. 27. & sub tit. de disc. 17.* Licet contrarium in eisdem terminis donationis stare magis communem, & veram, latè probare conetur *Menoch. conf. 8. 19. n. 3. & seqq.*

Dicebam tanquam Advocatus, quod, amissa etiam dicta prima opinione, attem limitanda venit, ubi actus affectus gestus est extra territorium statuentis, ac faciendam

fraudem Statuto, illudque eludendum, ut exemplificatur, quando discessus est cum brevi reditu, *Arenin. conf. 54. Menoch. d. conf. 819. nu. 14. Lamberteng. de contr. glof. 2. nu. 53. Rota in d. Tiburtina donationis 31. Januarii 1659. §. finali coram Albergato confirmata cor. eodem, & coram Bourlemont, de qua disc. 17. de dote.*

Dubitabam tamen de applicatione, ob cessantem praordinationem, quod videtur potissimum dictae limitationis requisitum; Licet enim donator accedens ad Urbem, post breve moram ad patriam redierit, hic tamen accessus, devotionis, vel curiositatis gratia, nullam haberet praordinationem, dum donatarius morabatur in Urbe, ubi occasione concivae conversationis sibi faciliè redditum fuit inducere donatorem ad id faciendum.

Unde solum in proposito nullitatis, (inspecta veritate) considerabilis videbatur illa circumstantia, cuius ratione ipsamet Rota *d. dec. Burrat. 27. n. 7. & 238. nu. 10. par. 6. rec.* 5 admittere videtur contrariam opinionem, de qua apud *Menoch. ubi supra*, quod scilicet etiam donataris esset Statuto subditus, ejusque dispositionis bene confici; Verum opus non fuit hunc punctum multum discutere, quoniam, Vel ex dicto altero motivo, Vel ex eo quod causet Patrons aliquas deduceret facti circumstantias praesertim invaliditatem actus, Judex modicam habuit difficultatem, atque ipsemet donatarius non multum insistit in actu sustinendo.

Solidum autem erat dictum alterum fundamentum supervenientiae filiorum, quamvis in instrumeto donationis inter clausulas generales legeretur renunciatio pluribus legibus, praesertim praedictae *l. si unquam*, quoniam etiam iurata renunciacionem in proposito non obtinere firmant plerique deducti apud *Tiraquell. in eadem l. in praefat. n. 173. & Rocch. qui plures colligit respon. 38. num. 2. cum seqq. lib. 2.* Quicquid enim sit de dicta propositione, quae ita generaliter, ac abstracte sumpta videtur periculosa, illa tamen dicebam in praesenti bene procedere ex triplici facti circumstantia; Primo scilicet, quod ex tenore instrumeti constabat nullatenus de filiis cogitatum esse, sed dictam renunciacionem contineri sub involucrio verborum, & in clausulis generalibus de Notariorum stylo frequentius opponi solitis, itaut non appareret donatorem de dictae legis dispositione certioratum esse, & cum qua distinctione ponderabam dictam renunciacionis propositionem intelligendam esse; Secundo, ratione omnimodae inverisimilitudinis, cum non ageretur de donatione alicujus certae rei, vel quantitatis, itaut cadere posset consideratio, quod etiam si de filiis cogitasset, eam fecisset, sed de illa omnium bonorum, quam omnino improbabile est fieri debere cum, qui de filiis cogitaret, cum ita quodammodo resoluta videretur praesertim in juvene, qualis erat donator, impedimentum libertatis matrimonii, & procreacionis filiorum, quos certo sciebat in mendicatore relinquere debere; Et tertio, quia tunc donator uxorem non habebat, ideoque donare dixit, quia coelibem vitam ducere intendebat, unde propterea renunciatio, quamvis de ipsius donatoris voluntate serio facta non capiebat istum casum, tanquam inopinatum, ex iis, quae in donatore habente uxorem senem, vel sterilem, ac expressè renunciacionem *dictae l. si unquam*, ut talis renunciatio non capiat inopinatam procreacionem filiorum susceptorum ex secunda uxore, quam, priori mortua, susceperat, firmant *Soccini. conf. 126. lib. 3. Tiraquell. in d. praefat. nu. 111. cum seq. & ceteri apud Rocch. d. respon. 38. nu. 5. & Fontanell. de pact. claus. 5. glof. 8. p. 3. nu. 16.* Itae autem circumstantiae etiam singulariter, & de per se consideratae sufficere videbantur, multo magis infimul unite, proindeque pro donatore cum iustitia iudicandum resolutum fuit.

Super eodem puncto resolutionis, seu revocabilitatis donationis ob filiorum supervenientiam, scripsi in una *Veterina* pendente coram Iudice deputato per Cardinalem Decanum pro Stephano Colutio, cum Francisco, & aliis pariter de Colutiis, in qua causa dicendum dispositionem dicti textus non intrare cum non ageretur de pura, & simplici donatione, sed causativa pro conservatione scilicet agnationis, ut *dec. 320. nu. 4. par. 6. rec.* Et quod magis, quia donatores nihil dederant de bonis propriis, & in eorum patrimonio incorporatis, itaut exinde pauperiores effecti essent, sed solum remiserant quoddam jus querendum, quoniam cum quidam communis conjunctus ad favorem Stephani condidisset testamentum, quod de stricto iure erat imperfectum, itaut locus esset successioni ab intestato illi, quibus talis successio debita erat, se declarantes conficiis determinatae voluntatis testatoris, dictum testamentum quamvis imper-

fectum approbatur, & quatenus opus esset, per viam donationis bona hereditaria sibi ab intestato debita, heredi scripto remittunt, unde propterea fuit potius approbatio testamenti, quod imperfectum ex defectu, non voluntatis, sed solemnitatum, ex consensu venientium ab intestato revalidari potest l. non dubium §. illud Cod. de testam. l. filio praeterito ff. de iniuste rupto & in testam. ubi Bart. & ceteri; Et sic duplex intrinseca ratio, ob quam dictae legis dispositio cessabat, Una nempe, quia de bonis quærendis, Et altera, quia potius actus continere videbatur recognitionem veritatis, & bonæ fidei, ac exonerationem conscientiae, qua premuntur venientes ab intestato ex testamento imperfecto ex sola ratione solemnitatum, quod constat de perfecta, & determinata voluntate juxta opinionem plurimum, de quibus Facchin. lib. 4. contro. c. 5. & late Magdalen. de n. testium p. 3. cap. 2. & 3.

Licet enim ista opinio quæ apud Morales, est magis communis, & recepta, reputetur per Canonistas minus vera, atque in foro nullatenus recepta sit, ita ut nunquam praticari visa fuerit illa coactio, quam heredi scripta in tali testamento, adversus venientes ab intestato competere per viam denunciations Evangelicæ firmant plerique collecti per Magdalen. ubi supra; Attamen id non prohibet venientes ab intestato volentem eligere opinionem pro conscientia tutiore, ne hunc actum gerat pro recognitione veritatis, ac bonæ fidei, unde propterea non dicatur vera donatio cadens sub dicta dispositione l. si unquam; Si enim potest quis nolle querere delatam hereditatem in præjudicium creditorum, ad quorum præjudicium, impeditum habet arbitrium disponendi de bonis suis jam quæsitis, cum tamen isto casu juxta plurimum opinionem, in conscientia, & absque peccato fieri non possit ex his, quæ habentur hinc inde deducta per Prat. obs. r. 15. & 16. & in aliis sub tit. de credito; Multo magis absque dubio dicebam id fieri posse, conscientie motivo in contrarium impellente, ac in præjudicium filiorum procedendum, cum etiam jam certi, & procreati nullum jus in bonis patris viventis habere dicantur, neque impediant liberam dispositionem bonorum jam quæsitiorum, & possessorum, ideoque multominus curandum est de nascituris, & respectu bonorum acquirendorum, ideoque ex hac circumstantia, etiam cum sensu veritatis, dicebam dictæ legi nullatenus locum esse.

MELEVITANA DONATIONIS PRO MONASTERIO CONVERTITARUM SEU MULIERUM POENITENTIUM.

Responsum pro veritate.

De eadem materia resolutionis donationis per supervenientiam filiorum, Et in specie ubi de tempore, quo donatio facta est, donatrix habet ventrem prægnantem, sed ignorat.

Metus donatori incussus à tertio, an irritet donationem factam præsertim Ecclesiæ, vel causæ piæ.

In quo foro tractanda sit causa rescissionis donationis; si donator est laicus, & donatarius est ecclesiasticus.

S U M M A R I U M.

- 1 **F**Abi series.
- 2 An attendatur forus donatoris, vel donatarii in iudicio rescissionis donationis.
- 3 Donatario in vim constituti, & reservationis ususfructus competet manentio.
- 4 An possit renunciari dispositioni text. in l. si unquam Cod. de revoc. donation.
- 5 Quod materia dictæ renunciationis concernat factum, & voluntatem.
- 6 Quod semper debeat reflecti ad factum.
- 7 In donatione facta Ecclesiæ, vel piæ causæ non intrat l. si unquam.
- 8 Quomodo in donatione causativa, & onerosa.
- 9 Quomodo in his, & aliis limitationibus sit procedendum.
- 10 Quod limitationes inducant præsumptionem, ac transfervant onus probationis.
- 11 De circumstantiis ob quas dispositio l. si unquam non intrat.
- 12 Quod non intrat per procreationem filiarum.
- 13 Illegitimi minus habentur in consideratione.

- 14 De differentia inter patrem, & matrem super filiis illegitimis.
- 15 De Constitutionibus Apostolicis super successione Monasterii Converteritarum in hereditate mulierum inbonestiarum.
- 16 Quod in renunciatione posita inter clausulas generales non fit habendatio.
- 17 Favor causæ piæ, vel Ecclesiæ non supplet imperfectionem, ac defectum voluntatis.
- 18 An metus illatus à tertio annullat actum.
- 19 Quod dictus metus infuat ad renunciationem l. si unquam, ut non obstat.
- 20 Legitima debetur filiis illegitimis in successione matris, & in calculo veniunt bona donata.

D I S C. XXII.

Flaminia vidua, cum supponebatur parum honestam vitam duxisset, cum ad quatuor annos antecessentibus ejusdem quantitas donationem fecisset Monasterio Converteritarum, seu mulierum Poenitentium, alteram fecit eidem Monasterio nonnullorum bonorum, in quibus dictam priorem donationem comprehensam esse voluit, cum clausulis amplissimis, ac præsertim cum renunciatione dispositioni textus in l. si unquam Cod. de revoc. donat. Cumque haberet ventrem tumidum, quem ex Medicorum judicio opinabatur à morbo resultare, evenit autem probasset eam esse prægnantem, ex quo filiam suscepit; Hinc prætereuntes cepit donationem prædictam resolutam esse, allegando quoque quod per vim, & metum à persona in loco potentissima ad id inducitur fuisse; Quare ex parte Episcopi, vel dicti Monasterii administratorum, de tribus pro veritate consilium sui, Primò circa fori competentiam, in quo scilicet, an ecclesiastico, vel seculari causa tractanda esset; Secundo circa dictam resolutionem resultantem ex dispositione textus in d. l. si unquam; Et tertio super alia præsentia nullitate resultante à defectu consensu.

Ad primum respondi idem, quod habetur in Neapolitana donationis sub tit. de Jurisdictione disc. 62. ubi quod attendatur persona possessoris; Si enim bonorum donatorum possessio naturaliter, ac de facto esset penes Monasterium, adeo ut donatrix agere deberet ad recuperationem, absolutum erat causam tractandam esse in foro ecclesiastico Monasterii rei, & possessoris; Secus autem è converso, quod, donatrice laica de facto possidente, Monasterium agere deberet ad ipsa bona vindicanda, eorumque possessionem obtinendam.

Quamvis enim dici posset, quod penes Monasterium adesset, nedum dominium, sed etiam possessio, quæ ex juris fictione resultat ob clausulam constituti, & reservationem ususfructus, adeo ut donatario ita competere valeat interdictionem retinendam, seu manentioem tanquam legitimo, ac vero possessori ex collecti. apud Buratt. & Add. decif. 145. 179. & 220. in terminis donationis in Bononiensis de Felicis 10. Januarii 1650. coram Bichio, Dunozett. decif. 776. num. 6. & 951. nu. 1. Attamen cum agere oporteat contra laicum, à quo bona de facto vindicare oportet, hinc proinde in aliis Principatibus, in quibus formalis, ac omnimoda distinctio dignoscitur utriusque fori, nimirum, quæ invigilatur, ne laicus reus, & possessor, exceptis causis ecclesiasticis, vel spiritualibus, ad forum ecclesiasticum trahatur, satis difficile est ad praxim deducere ea, quæ in puncto juris non improbabili de super dei possunt, ut donatarius ex juris potentia, & ex ratione constituti, ac reservationis ususfructus possessor dici debeat, magisque reus, quam actor, ideoque à iudice manentioem tenendus.

Quo verò ad alterum quæsitum super resolutione resultante à supervenientia filiorum, juxta terminos dicti textus in l. si unquam C. de revoc. donat. dixi duplicem in hoc proposito cadere quæstionem, Primò scilicet, an dictæ legis dispositioni renunciari possit, quamvis donator illius conscientis esset, adeo ut quæsitio refringatur ad solum defectum potestatis; Et alteram, posita potestate circa voluntatem, an scilicet illa concludatur ex ea generali renunciatione huic legi, quæ inter clausulas generales, ac renunciationes aliarum legum favore Donatorum emanatarum adjici solet.

Quoad primam partem, quamvis negativam plures teneant relati per Tiraquell. in commentar. ad hunc text. in præfat. n. 89. Gratus conf. 50. nu. 65. lib. 1. Clar. in §. donatio q. 22. nu. 4. qui dicit quæstionem esse adeo dubiam, ut vix discerni possit quæ sit magis communis, & vera, adeo ut im-

imperatoria decisione indigeret, alioque refert Rocch. responsio 88. nu. 2. & 3. lib. 2.

Attamen ubi, ut dictum est, certa est voluntas, solumque dubitatio refringitur ad potestatem, omnino verior, ac recepta est affirmativa; Possibile verò, ubi, (ut penè semper) accedit iuramentum, quod omnem juris civilis subtilitatem dirimit, ut per Tiraquell. ubi supra nu. 77. & segg. & 96. cum segg. Clar. loco citato, Gabr. de donat. conclus. 7. nu. 49. & 63. apud quos concordant, atque tanquam absolutum supponit Rota apud Seraph. dec. 829. & 837. & dec. 591. p. 3. etc. ubi quod sufficit etiam cogitatio, ut adversus disc. 16. proxime procedenti.

Quare, pro meo iudicio, difficultas in hac materia refidet in altera inspectione voluntatis, cujus, ac facti potius, quam juris ista quæstio est, an scilicet donator verè de filiorum susceptione cogita verit, & hoc non obstante donatore voluerit; Sive quod non constitit eum cogitasse, probabile sit, quod etiam cogitasset, adhuc donaturus fuisset; Hoc enim posito, non dubitatur, quod præfati textus dispositio celsit; Ideoque totus punctus est in hujusmodi voluntatis probatione, super qua, ut pluries habetur in præcedentibus, præsertim disc. 8. & 9. & in aliis, ac frequentius sub tit. de fideicom. & in omni alia materia, non de facili certa, & determinata regula generalis tradi potest, cum totum pendeat ex facti qualitate, ac singulorum casuum particularibus circumstantiis prudentis iudicis arbitrio, junctim ponderandis, ac cum vulgari regula, ut singula quæ non profunt & abique eo quod in singulorum administrationum, vel conjecturarum pondera, ac efficacia, certa & determinata regula pariter tradi valeat, cum frequenter in uno casu aliqua adminicula abundent, in altero autem, eadem longeque majora insufficientia sint, ut pluries locis citatis advertitur, atque citra superfluitatis vitium, commendabile potius esset, in omni casu incidit, attendendo frequentia æquivoca, in quæ incidit solet, attendendo canonizationem, ut rejectionem aliorum adminiculorum pro regula generali in omni casu.

Hinc proinde, quamvis dispositioni, seu regulæ dicti textus in d. l. si unquam, plures à scribentibus tribuantur limitationes, quarum aliqua in duobus discurs. proxime precedentibus quoque enunciatae sunt, & præsertim ubi agatur de donatione facta Ecclesiæ, vel piæ causæ, ex plene cumulatis per Gabr. d. conclus. 2. qui plures alias limitationes refert, inter quas præsertim numerari solet illa, ubi donatio non esset omnino pura, & gratuita, sed causativa, sive aliquid onus contineret, ut per Gabr. ubi supra n. 41. & 79. Tiraq. in commentar. ad eandem l. verbo donatione largitus, Anna in cap. 1. de vasallo decreta. l. etatis n. 237. ubi Adde. nu. 6. Ac generaliter traditur limitatio, ubi verisimiliter, cogitando etiam de filiis, adhuc donaturus fuisset.

Attamen, ut sæpius in consimilibus quæstionibus dicere consuevi, tam iudicantium, quam Consulentium, leguleica simplicitas videtur, in hujusmodi generalitatibus, ita simpliciter immorari, idemque iudicium in omni casu desuper proferre, cum potius ex singulorum casuum qualitate indaganda sit verisimilis voluntas; Præfatis limitationibus, seu conclusionibus suffragantibus ad inducendam juris presumptionem transferretur onus probationis in alteram partem, quod scilicet si donatario ita assitit dictæ legis limitatio, teneatur donator per contrarium probationem expressam, vel per fortiores præsumptiones, ac majora adminicula contrarium probare; Sicuri è converso illa præsumptio quæ favore donatoris resultat, quando de tempore donationis opinaturur se esse de filiis desperatum, quia nempe uxorem femina, ac sterilem haberet, cessat ex contraria fortiori præsumptione.

Applicando igitur ad rem, plura simul juncta, aliquam probabilitatem inducere videbatur pro dictæ regulæ, seu legis limitatione; Primo scilicet, quod ageretur de muliere inhonesta ponente, disponente ad favorem Monasterii hujusmodi mulierum poenitentium, ut universalis praxis docet; Secundo, quod non esset donatio pura, & merè gratuita, sed dupliciter onerosa, in compensationem scilicet præcedentis donationis certæ summæ, & ob aliqua onera adjecta; Et tertio omnium fortius, quod non ageretur de filiis masculis, ac legitime procreatis, sed de unica femina illegitimè suscepta; Si enim plurimum non esse, ideoque ob filias feminas quarumvis legitime procreatas hujus legis dispositionem non intrare ut per Corn. conf. 4. num. 3. lib. 3. Mierz de majoratu p. 1. q. 21. nu. 6. Mangil. de impug. q. 107. n. 5. Quod tamen ita simpliciter sumptum minus tutum vi-

detur, sed pro facti qualitate attendendum est pro uno ex adminiculis voluntatem regulantibus ut supra, Multo magis, ubi utraque qualitas concurrat, lexus scilicet, & illegimitatis, cum filii illegitimi haberi non soleant in ea consideratione, in qua legitimi habentur, neque filiae bastardæ ita decenter collocentur, ut occasione dotis congruæ, seu de peragio adveniant sub tit. de dote disc. 144. & alibi.

Quamvis enim in filiis illegitimis notabilis dignoscatur differentia inter patrem, & matrem, quod respectu patris aliud jus non habeant nisi sublimitati alimentorum, vel dotis ex canonica æquitate, ad proportionem tamen eorum inferioris conditionis; Respectu verò matris, ubi hæc non est illustris, neque agitur de susceptis ex damnato, & punibili coita, habent jus successionis, ac legitimæ, adeo ut legitimis non differant; Adhuc tamen ex communi usu de facto sunt minoris existimationis, neque in eis præsumitur illa major sollicitudo, quæ erga legitimos habetur pinguis eos providendi, præsertim ubi etiam mater est vilis, & inhonesta, unde propterea ponderabam, quod cum bonis per donatricem reservatis est ejus liberam dispositionem satis congruè imò in excessu unica filia illegitima collocari potuisset, hinc cessabat necessitas rescindendi hanc donationem factam in causam piam, donatrici qualitati facta adaptatam pro remissione peccatorum, ex quibus bona cum turpi quæstu comparata erant.

Ad quod comprobandum ponderabam ea, quæ per Apostolicas Constitutiones Leonis X. & Clementis VIII. ac aliorum Pontificum disposita habentur favore consimilis. Monasterii mulierum poenitentium, seu convertitarum Urbis, succedendi mulieribus inhonestis, non obstante quacumque earum dispositione, ubi certam quotam Monasterio non relinquunt, vel in vita se non component, ut habetur in sua materia sub tit. de testamentis, & sub altero de successione filiarum, ut filiorum illegitimorum ratio habeatur, secus autem illegitimorum.

Nullum verò, pro meo sensu, fundamentum constituendum esse videbatur in renunciatione huic legi, quæ inter clausulas, ac renunciationes generales in instrumento donationis aderat, cum id frequentius ex Notariorum formularum provenire solet, absque eo quod contrahentes advertant, ubi præsertim agitur de mulieribus, vel idiotis, nisi bene constet de distincta certioratione, ut duobus disc. præc. Dicitur quoque renunciatio solum attendenda videtur pro dicto arbitrio regulando circa majus pondus, ac efficaciam præsumptionum, & adminiculorum.

Demum quoad tertium punctum præsentis nullitatis ob vim, & metum; Respondi decisionem pendere, potius à facto, quam à jure an scilicet metus aptus ad annullationem sufficienter iustificaretur, necne, quod incertum erat, dum probationes non præcesserant; Posita enim probatione, nullitas plana remanebat ex defectu consensu, qui dicitur omnium major, utpote proveniens à jure naturæ, non autem à subtilitate juris positivi, ideoque per causæ favor nihil operatur juxta distinctionem, de qua pluries sub tit. de testamentis circa defectum, sive imperfectionem solemnitatis, ut primam favor causæ piæ suppleat, non autem alterâ.

Et quamvis disputent Scribentes in puncto juris, an vis, vel metus à tertio illatus, absque scientia, vel participatione donatarii, hujusmodi nullitatem causet, plerisque tenentibus negativam, ut apud Afiliq. decif. 263. & Grass. de except. cap. 11. nu. 46. & seg. Affirmativa tamen est magis vera, & communis, ut per Ursil. ad Afiliq. ubi supra, Faber. in Cod. tit. de eo quod metus causa diffinit. 7. nu. 3. plene Surd. alios colligens conf. 373. cum aliis de quibus infra in Romana donationis, & alia Melevitana sub titulo de testamentis, & sub titulo de dote disc. 156. Ac ulterius, posita probatione, ponderabam id nimium obitare posse, sciam in ordine ad præcedentem punctum resolutionis ex d. l. si unquam, quod scilicet ita renunciatio dictæ legis dispositioni non remaneret adeo operativa; Cumque dictæ filia jam concepta de tempore donationis, de jure debita esset legitima, habita ratione totius assis, ponendo in calculo etiam bona donata, ut pluries in sua materia sub tit. de legitima, & detractionibus, ac alibi, Hinc proinde dixi casum videri honestæ concordia dignum.

CATANIEN. DONATIONIS INTER COLLEGIUM, ET DOMUM PROFESSAM SOGITATA JESU CATANIÆ.

Responsum pro veritate.

De resolutione donationis facte Ecclesie, seu cause, pie ob non implementum, & an privilegium, quod desuper a jure pie cause tribuitur, cesset, seu conquissetur per favorem alterius cause pie, cum qua donator disponat.

An favore pie cause sublineatur donatio universalis omnium bonorum, per quam testandi facultas adempta maneat; Et an donatio facta eidem pie cause absenti sit ante acceptationem revocabilis.

Et de potestate Prælati non acquirendi in toto, vel in parte bona Ecclesie, vel pio loco donata.

SUMMARIUM.

- 1. Ad series.
2. Quod expedit inter Religiosos concordare controversias.
3. Donatio universalis adimens testandi facultatem est invalida, & quando ista conclusio cesset.
4. Quid ubi facta est reservatio usufructus.
5. Potest fieri favore Ecclesie, vel pie cause, & de ratione.
6. Eodem favore sublineatur, ac perfecta est donatio absenti facta.
7. Fallit ubi habeat admixtam causam onerosam.
8. Quilibet Religiosus acceptat donationem pro Religione.
9. Stipulatio Notarii reddit irrevocabilem donationem factam absenti.
10. Item ubi adest iuramentum cum voluntate perfecta.
11. Omnia hæc procedunt in donatione lucrativa, non autem onerosa.
12. Declaratur quomodo, & quando id procedat.
13. De distinctione oneris ad eundem effectum.
14. Donatio facta Ecclesie, vel pie cause, an & quando resolvetur ob non implementum.
15. De distinctione inter conditionem & modum.
16. De conclusione, quod Prælati possit non querere, ac repudiare jus querendum.
17. De potestate Præpositi Generalis Societatis Jesu.
18. Quando in actu in jure commendatur, us obliget etiam successores independentes venientes.
19. An ea, que dicitur favore pie cause procedant contra aliam piam causam.

DISC. XXIII.

Facta per nobilem matronam Joannem Gravinam de Moncada, donatione universalis omnium eius bonorum ad favorem Collegii Societatis Jesu Civitatis Catanie ejus patrie sub aliquibus oneribus, ac implementis, penitens deinde, ex motivo non implementi, dicta donatione revocata, hæredem instituit Domum professam ejusdem Societatis, ac Civitatis, unde propterea orta desuper extrajudiciali controversia, eaque ad ejusdem Societatis Præpositum Generalem delata, desuper pro veritate consultus fuit, tamen super meritis, quam super potestate aliquod adhibendi arbitrium, per quod bona utriusque loco proportionate assignarentur; Quare duas, respondendo, eformabam inspectiones; Unam scilicet in merito negotii principalis, & cuiusdam contententium in periculis juris iustitia assisteret; Et alteram super potestate interponendi dictum arbitrium.

Quatenus pertinet ad primam, tria erant fundamenta, ex quibus scribentes pro domo Professæ hæredes prætendebant donationem esse invalidam, vel potius revocari; Primo quia erat donatio omnium bonorum, iurium, & actionum, præsentium & futurorum, absque alicujus quotæ, vel quantitatis reservatione, ad effectum testandi, ob cuius sublatam æqualem donatio de jure infecta maneat; Secundo quia facta absente legitimo Superiore, ad quem pertinebat illam acceptare, quodque propterea licitum fuerit reintegrare penitentem, potissimè quia non agebatur de merè gratuita, sed onerosa donatione; Et tertio, quod ob non implementum onerum, & conditionum reso-

luta fuerint, potissimè dum ipsa donatrix supervivens, ita non adimplendo sibi commissam fuisse ingratitude, ac de sequenti donationem resolutam esse declaravit; Atque super singulis hujusmodi motibus, cum eo, elaborato quidem, ac docto, sed intollerabili prolixo stylo, præsertim circa nauticam incoherenter allegationum, sive faciant ad rem, sive non, (Gurba, & Amati, ac alii similes nos docent) necnè volumina edita fuerunt perscribentes hinc inde.

His tamen non obstantibus, Collegio donatorio iustitia, seu majorem probabilitatem assistere respondi, non tamen improbando, sed potius commendando aliquid probabile temperamentum concordari, jurius utriusque partis proportionate; atque ex prudentialibus saltem motivis nedum congruis, sed forte necessariis, ne inter ejusdem corporis membra, lites, & controversiæ in foro audirentur, potissimè ob illam mixturam sæcularium, quæ ratione Monarchiæ, etià in causis inter ecclesiasticos in ea ratione prædicatur.

Examinando siquidem singula fundamenta prædicta; Dicebam notoriam, ac incontrovertibilem esse dictam regulam super invaliditate donationis omnium bonorum, præsentium & futurorum, per quam testandi facultas adempta remaneat, ad eum, sit principium, quod etiam apud callentes primo legum terminis præsupponi valeat, absque necessitate tam magni inanis allegationem cumuli, cum quæstiones desuper cadentes, potius facti, & applicationis esse videantur, ad excludendam dictam qualitatem universalitatis, quia scilicet sub nomine bonorum non veniant jura, & actiones juxta ea, quæ cæteris relatis habentur dec. 273. par. 11. rec. Sive quia reservatio usufructus possit sufficere ad conservandam testandi facultatem cum similibus; Aut quod iustum & rationabile motivum reciproci fideicommissi conventionalis, iuramento præsertim accedente, possit, juxta unam opinionem, inducere hujus regulæ limitationem, ex iis quæ plene deducta habentur sub titulo de fideicommissis disc. 141.

Verum non verfabamur in casu regulæ ob reservationem usufructus, ex deductis per Franch. & Adden. dec. 168. Apont. cons. 110. lib. 1. Rota dec. 10. m. 5. & dec. 578. m. 8. par. 5. rec. & alias frequenter; Quod tamen ex magis communi, ac recepto sensu DD. admittendum est, quando usufructus sit talis, ut ultra congruam subventionem verisimiliter ab excrecentia aliquod peculium parari valeat, in quo testandi facultas verificabilis remaneat, & non alias, Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 32. nu. 16. Gutierrez de juram. par. 1. cap. 11. m. 14. Facchin. lib. 1. cons. 7. m. 7. Marta cons. 148. n. 4. & alii quos colligit Cirocco. controv. 50. m. 35. Rot. in Spontiana hereditatis 30. Maii 1646. Melio & in aliis.

Item postea regula, ea limitationem recipit in donationibus, quæ Ecclesie vel cause pie fiunt; Tum quia congruum potius, ac laudabile est, ut amor Dei, ac pro salute animæ, omnibus temporalibus quis præveat; Tum quia melior testandi facultas desideranda non est; Ac etiam quia in hac donationis specie, ut potè non redundante ad alicujus privatum commodum, non intrat illa sinistra suspicio, quæ ubi fiat favore privati ponderatur dicto disc. 141. de fideicom. & de qua limitatione cæteris relatis habetur apud Tiraquell. & Add. de privi. pie cause c. 120. Franch. dicta dec. 168. n. 2. Buratt. dec. 7. m. 3. Dunozett. dec. 773. & in aliis, cum sit propositio hodie recepta.

Quo verò ad secundum obiectum revocabilitatis propter absentiam donatarii, qui legitime acceptare potuerit; Dicebam, quod ubi etiam intraret regula super invaliditate donationis factæ absenti, sive super facultate illam revocandi reintegrata, adhuc tamen, quicquid alicui contradicant, præsertim verò Theologi seu Morales, in foro, & Curia Romana recepta est limitatio, ex eodem supra innotato favore Ecclesie, vel pie cause cum ita fieri dicitur Deo, qui est ubique præsens, nostrasque oblationes, ac bona opera acceptat, ut post antiquiores relatos habetur apud Tiraquell. & adden. d. tract. de privi. pie cause c. 205. Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 13. n. 15. & seqq. Rota apud Caval. dec. 606. nu. 10. apud Duno. dicta dec. 773. & in aliis de quibus in Spontiana discurs. 14.

Nisi facti circumstantiæ suadeant, quod verò ne agatur de donatione, sed potius de correctiva conventionione, ut concurrerit scientia, & notabilis temporis silentio, intret presumpcio quod Ecclesia, vel pia causa acceptare noluisset, quia non expediret, juxta ea, quæ habentur infra occasione agendi de donatione sub onere perpetuo usufructus, quæ in substantia redolere dicitur potius contractum correctivum, qui perici non debeat, vel possit, quam donationem præ-

Præterea ubi etiam cessante favore Ecclesie, vel pie cause, ageretur de donatione ad favorem privati, adhuc tamen cessare videbatur difficultas; Tum ob præsentiam, & acceptationem Rectoris Collegii juxta ea, quæ in simili habentur supra in dicta Spontiana discurs. 14. Tum etiam ob stipulationem, & acceptationem Notarii, quæ sufficiens reputatur ad excludendam penitentiam, ex iis, quæ cæteris relatis habentur apud Gregor. & Adden. dec. 97. Buratt. & Adden. dec. 149. dec. 27. p. 2. rec. dec. 189. post Zachiam de oblig. Camer. & frequenter.

Ac ulterius, quoniam ubi dubitatio non cadat super perfectione actus ab initio, quia nempe ille remaneat in terminis simplicis sollicitationis, seu velleitatis, ac propositi, sed voluntas perfecta sit, ac redacta ad actum, seu terminum donandi, tunc, quidquid plures contradicant, ubi præsertim accedat iuramentum, magis communicant, præsertim verò in Curia, & Rota receptum est, ut ad us remaneat perfectus in ordine ad excludendum penitentiam, etiam re integra, & ante acceptationem expressam, vel præsumptam resultantem ab expressa, seu præsumpta scientia donatarii, cum necessitas acceptationis potius in jure desiderata sit in ordine ad acquisitionem domini bonorum donatorum; Idque non in gratiam ipsius donatoris, ut liberè penitere valeat, ac donationem retrahere, sed in gratiam tertii, in quem intermedio tempore post donationem, sed ante acceptationem, circa solutionem, ac fraudem, bonorum dominium, validè, ac pericè translatus sit, ex iis quæ juxta styllum ad satisfactionem colligit Amat. resol. 30. n. 4. cum duob. seqq. & de possessione apud Royas dec. 314. n. 20. & seqq. Atque in hoc versatur frequens æquivocum in hac materia, confundendo terminos acquisitionis domini in concursu alterius, cui interim illud quæsitum sit, cum terminis penitentiae in ordine ad ipsam donationem.

Est enim verum, quod id procedit in merè gratuita, & lucrativa donatione, secus autem in onerosa, in qua re integra, & ante acceptationem penitentia quoque admittitur, ut cæteris relatis habetur dicta dec. 27. p. 7. rec. & in aliis modernioribus frequenter, atque super hoc pariter dicti scribentes contra donationem nimium se diffidebant; ità excludendo præsentiam, & acceptationem Rectoris Collegii donatarii, vel stipulationem Notarii, quasi quod ex illius Societatis instituto plena administratio sit penes Præpositum Generalem, ut habetur etiam supra in dicta Spontiana disc. 14. dum stantibus oneribus, poterat dictus Præpositus non acceptare.

Verum circa istam quætionem limitationem generaliter, ac in abstracto veram, frequenter æquivocari solet in applicatione; Ut enim allegando in specie dicta dec. 27. p. 7. rec. & alias, bene advertitur in Regiis bonorum 23. Januarii 1647. coram Corrado, & prius dictum fuit in Romana donationis 18. Maii 1618. coram Manzardo, & aliis, id rectè procedit, quando onus, quod donationi adjectum est tale, quod corruptum contra usus naturam, illumque transire faciat in contractum onerosum, ac merè correctivum, ad eum incertitudo admitte, quod donatarius ratione oneris possit damnificatus remanere de proprio, unde propterea potius expedit non acceptare juxta causam, de quo dicto disc. seq. super donatione cum onere missarum, ac alterum magis curiose donationis infra in Romana seu Albanen. vinea in supplemento; Secus autem ubi onus comparativè ad emolumentum est modicum, ac tale, quod semper donatarius remanet in lucro, in eo quod onus excedit, absque periculo quod possit remanere damnificatus de proprio dum tunc semper dicatur actus utilis, & lucrativus, ut advertitur etiam in dicta Spontiana disc. 14. in cujus casu prohabilitate dubitari poterat, quod hæc limitatio intraret, quodque quærentibus Prælati, vel Religiosorum acceptatio, seu Notarii stipulatio attendenda non esset, dum agebatur de donatione facta ad effectum novæ erectionis Collegii in loco, quod non nisi per ipsum Præpositum Generalem, cum maturo consilio deliberari solet, an expedit necne acceptare, tam pro decore Religionis, quam pro periculo cui subicitur, ut, non sufficientibus bonis donatis, ipsa Religio damnificata remaneat, atque cogatur erectionem de proprio fulsineret; Hujusmodi autem difficultates, seu considerationes non cadebant in presenti, dum agebatur de Collegio jam erecto, cujus aliquam majorem impinguationem solum ista donatio importabat, atque onera erant longe inferiora emolumento, illaque instituto connaturalia, ad eum etiam quod donatarius illa non adiecit, adhuc explenda essent, ut etiam advertitur in dicta Spontiana disc. 14. & consequenter motivum non intrabat.

Demum quoad tertium fundamentum resolutionis ob non implementum; Magis plana erat ejus resolutio, Tum ob privilegium Ecclesie, vel pie cause, ut ob non implementum donatio non resolvetur juxta deducta supra in Neapolitana donationis disc. 15. Nisi ad hunc expressum pactum resolutivum; Sive defectus implementi concernat causam finalem, unde alias deficere dicitur voluntas, juxta ea, quæ habentur in eadem Neapolitana, & in aliis ubi proximis; Tum etiam quia plures probabiles in facto dabatur excusationes ad id sufficientes, cum ageretur de implemento adjecto à parte postea, & per viam modi, non autem per viam conditionis à parte antea, unde propterea resuleret poena privationis juris quæsitæ, ad quem effectum culpa positiva requiritur, juxta distinctionem in præcedentibus pluries insinuatam, & latius sub tit. de fideicommissis disc. 154. & seqq.

Quoverò ad alteram inspectionem potestatis Præpositi Generalis non acceptandi hanc donationem in parte, ut ita pars non acceptata cederet commodo domus professæ hæredis; Idem dicerent de paribus insistentem in conclusione de qua cæteris relatis habetur apud Barbo. de Episcopo Alleg. 53. Franch. dec. 14. nu. 16. Buratt. & Adden. dec. 773. Put. 507. lib. 2. ut possit Prælati, quamvis prohibitus alienare bona quæsitæ, nolle querere, ac repudiare querenda; Verum dicebam, neque motivum esse tunc, quoniam ultra plures restrictiones, quas ista conclusio patitur, ut in materia sub tit. de alienationibus, non verfabamur in casu, dum agebatur de bonis jam quæsitis.

Verum quia in hac Societate, ex ejus particulari instituto, Collegia sunt sub sola, & absoluta administratione Præpositi Generalis, cum aliqua specialitate in ordine ad generale institutum aliarum Religionum, ut apud Pelizzar. in Manuali. c. 119. & 120. & Suarez de Religione tom. 4. lib. 2. c. 25. n. 11. & alios de hoc instituto agentes; Hinc proinde cum facultas hujus Prælati sit longe major, quam illa aliorum inferiorum Prælatorum, quamvis in aliquo moderata per Decreta Apostolica sub Urbano VIII. edita de anno 1634. ad effectum illius liberæ potestatis alienandi, vel applicandi bona unius domus alteri (super quo relinquatur locus veritati) sufficiens potestas adesse videbatur transigendi ex iusto motivo rescandenti, cum tamen, ubi bona fides exuberat, adeo ut fraudis, & collusionis suspicio adit, etiam inter privatos datur in iis, qui alienare, vel remittere sunt prohibiti, facultas transigendi, obligando successores hujusmodi, ac independentes succedentes, ex iis, quæ habentur in hac materia transactionis factæ per fideicommissarium, vel feudatarium, seu emphyteutam in iis respectivè materiis sub tit. de feudis, de emphyteut. & de fideicommissis, qui termini adaptabiles videntur, ac etiam advertitur infra sub dicto titulo de alienat. in proposito alienationis bonorum Ecclesie, & quando procedat supra insinuata facultas Prælati non acquirendi, sive remittendi jura querenda, & adhuc non incorporata, necnè, atque credo quod ita sequitur sit.

Motivabatur etiam quod ea, quæ speciali favore pie cause, ut supra procedunt, in presenti cessare deberent, cum agebatur de alterius Ecclesie, vel pie cause concursu ex regula conquisitionis privilegiorum inter æquè privilegiatos, Verum ultra limitationes huic regulæ tradite solitas, ubi unus privilegiatus in genere, & alter in specie, sive unus de lucro, alter de damno, aut unus de majori, alter vero de minori damno, ex iis, quæ in contractibus inter æquè privilegiatos initis habentur in sua materia sub tit. de Alien. & contr. difficultas cessabat in radice, dum ex facti qualitate neque intrabat regula procedens, quando privilegium alterius concurrentis jam vigeat de tempore quo alter privilegiatus jus querere velit, adeo ut unum privilegium impediatur alterum, ne suam consequam faciat operationem, quod in presenti dici non poterat, quoniam de tempore, quo donatio facta est, atque ob Dei presentiam, & acceptationem, perfectionem sortita est, ac successivè jus Ecclesie donatariæ quæsitum, altera Ecclesie, vel pie causa, nullum jus, vel interesse habebat, ejusque supervenientis jus ex facto donatoris tollere non potest illud, quod jam quæsitum est, neque donator in eam transferre potuit, id, quod non habet, ac regula nemo plus juris &c. idè quod motivum nulla penitus consideratione dignum videbatur.

ANNOT. AD DISC. XXIII.

Donatio, seu alia dispositio universalis adimens testandi facultatem, an & quando sublineatur, habetur sub titulo de fideicommissis disc. 141. & in disc. 123. & sub titulo de Testam. disc. 42. De

De conclusione autem, an Prælati possit, vel non, repudiare in præjudicium Ecclesie, habentur in sua sede sub tit. de alien. & contr. prohib. disc. 20. per tot. Et conferunt ad materiam potestatis Prælatorum deducta sub tit. de Regul. disc. 55.

ROMANA DONATIONIS CUM ONERE MISSARUM PRO CATHERINA PAULINA CUM MONASTERIO SANCTI URBANI.

Casus disputatus coram Vicario S. Mariæ Majoris, credo resolutus pro Catherina.

An donatio facta Ecclesie, vel pio loco cum onere perpetuo missarum ante acceptationem sit revocabilis, vel ob notabile tempus, in quo acceptatio sequuta non sit, censetur resoluta: Et an hæc sit vera donatio.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
2 Donatio facta Ecclesie, vel pia cause absentis est valida, & perfecta ab initio.
3 An per alienationem rei, vel pecunie legata censetur ademptum legatum.
4 De differentia inter cedulas, & ordines directos banco.
5 Si Ecclesia acceptat onus, istud non cessat ob preemptionem bonorum assignatorum.
6 De Decretis Sacr. Congregationis super oneribus perpetuis missarum.
7 Monasteriis Monialium hæc onera non congruunt.
8 De ratione differentie inter Monasteria virorum, & Monialium.
9 Quomodo acceptari soleant onera perpetua missarum.
10 De adminiculis denotantibus non acceptationem.
11 Quod in actibus non debeat attendi formula verborum, sed substantia veritatis, & de pluribus contractibus diversis ab eo, quod verba important.
12 Licet dicatur fieri donatio, non tamen censenda est talis, si pacta aliud iudicant.

D I S C. XXIV.

Cum Moniales S. Urbani institutum Capucinorum professentes, clausuræ ampliatione indigerent, ideoque ex superiorum approbatione, emere debentes quasdam adjacentes domos, ad effectum illas incorporandi, pecunia indigerent, Hinc Marcellus Pelle, Monasterii administratoris ordinem tradidit Sacro Monti Pietatis directum scutorum 500. solvendum, ad effectum tamen prædictum erogandi pecuniam in emptionem dictarum domorum ac si & postquam idem Monasterium, cum legitima Superiorum auctoritate, onus acceptaverit, ac se obligaverit celebrari faciendi in ea Ecclesia duas missas privatas, & unam missam solemnem quolibet mense, pluresque alias missas privatas, & unam solemnem singulis annis, quoque dictæ domus specialiter pro hoc onere obligatæ esse deberent, atque in casu demolitionis ad id subrogari deberent loco montium ipsius monasterii; Observantia verò dedit, quod Monasterii administratoris, dicti ordinis exactorem negligendo, acceptis pecuniis ad censum, cum istis dictam emptionem, ac respectivè incorporationem perfecturum; Post plurium verò annorum decursum, cum de dicti Marcelli facta notitia amplius non haberetur, adeunt Catherinæ matri tanquam proximiori, ac legitime heredi, decreta fuerit matrimonii, vel hereditatis tenuta, & administratio, de qua habetur actum in Romana administrationis pro eadem Catherina contra remotiores conjunctos oppositores sub tit. de success. Monasterium prædictum contra dictum patrimonium iudicium instituit pro ad. scutorum 500. solutionem coram Vicario Basilicæ S. Mariæ majoris, cuius dictus Marcellus erat Beneficiarius, ac inter causæ Patronos, ut plurimum de Curia stylo causas tractantes, ac disputantes absque Advocatis, subsidiariè, ac post acceptum vulnus evocari solitis, restricta fuit difficultas, an dicta donatio utpotè facta absentis, integra, & ante acceptationem revocari poterit, & quatenus poterit, an illa sequuta esset implicitè ob exactorem pecuniarum in dicto Monte Pietatis existentium ab eodem Marcello postmodum factam.

Super hac autem restrictiva, requisitus ex parte Catharinæ Reæ conventæ ad scribendum, imprudens consilium credidi, ut ad hos punctos causa restricta esset, cum in utroque nimium periculose viderentur nostræ partes, atque de succumbentia probabilis timendum esset, tam scilicet in primo circa potestatem penitentiæ, cum ex pluribus deductis in præcedentibus, (quicquid Theologi, seu Morales dubitent,) verius, magisque receptum sit, donationem factam Ecclesie, vel causæ piæ, quamvis absentis, esse perfectam, & irrevocabilem, eo quia Deus est presens ubique, nostræque piæ oblationes, ac bona opera acceptat, quam etiam circa secundum punctum voluntatis, cum juxta ea, quæ sub tit. de legatis in materia ademptionis habentur, subsequens alienatio probationem præbeat revocationis, ac mutata voluntatis, ubi agatur de legato speciei, vel etiam quantitatè taxativè ad certam speciem depositam, secus ubi de hujusmodi dispositionibus quantitatè in genere adimplendis per depositarium, vel camporem ex alia pecunia, quæ deinde deponi potuit, quamvis impenderetur ea, quæ de tempore demandatæ solutionis aderat, cum hujusmodi ordines, seu mandata non impediunt intermedium dispositionem, sicuti faciunt cedulæ, quæ alteri eradantur, & sine quibus solutio non fit, juxta distinctionem inter cedulas & ordines, de qua habetur sub tit. de consubst. super puncto, an per unam, vel alteram speciem satisfactum dicatur formæ in censum creationem per Constitutionem Pii V. præscriptæ.

Quare neglecta, quoniam improbatæ dicta restrictiva; Dicebam, etiam cum sensu veritatis, nullatenus in hac fidei specie cadere terminos donationis puræ, vel causativæ, ob aliquam oneris mixturam, adeo ut intraret in specie, an non obstant onere, ob commodi exuberantiam præsumere, ut acceptatio ab initio juxta distinctionem de qua disc. 5 præcisa, cum potius ageretur de contractu merè correlative ad rigorosos limites iustitiæ commutativæ pro subiectione dicti oneris perpetui, quod tractu temporis redandare poterat in damnum, ac præjudicium Monasterii obligati ad oneris implementum, quamvis investimentum faciendum cum pecunia ad hunc effectum data, periret, vel diminutionem patere, juxta firmata apud Mantice. dec. 242. & apud Barut. dec. 560. n. 10.

Undè propter hæc ex decretis de anno 1625. editis per Sacr. Congregationem Concilii, quæ vulgo dicuntur Decreta de celebratione missarum, registrata in Consist. 43. Urbani VIII. onera perpetua missarum acceptari non possunt sine speciali licentia Episcopi, & in Urbe Cardinalis Vicarii, seu, (ut supponebatur,) ipsius Sac. Congregationis, illaque mature, circumspicte conceditur, sub investimento in stabilia vera, & fructifera, prohibito investimento censuum, ut in eisdem decretis disponitur.

Item supponebatur, (istudque suppositum mihi reflectendo ad obervantiam videbatur probabile,) quod Monialium; Monasteriis hæc licentia acceptandi onera perpetua missarum dari non solet; Et merito, ratione incongruitatis (nisi quatenus ageretur de suppeditione elemosynæ pro cappellano ordinario, qui per necessitè singulis diebus missam pro monialibus celebrare debet, ut ita Monasterium ab illo onere eximatur, dum est onus absque hoc subsidio de necessitate adimplendum) Capitulis etenim, vel Collegiis, & Congregationibus clericorum secularium, vel Conventibus, aut Monasteriis Regularium, congrua, & utilia sunt hujusmodi onera, cum clericis, vel religiosi singulis diebus missas celebrari solent, ideoque expedit habere hoc subsidium, quæque probabiliter ipsum Monasterium, vel Capitulum potest esse in damno.

Id autem Monialibus non congruit, dum oportet conducere sacerdotem, & cappellanos pro oneris implemento; Ac etiam quia incongruus, & aliquorum inconvenientium productivus esse videtur plurium condictionum cappellanorum concursus in Ecclesiis Monialium, Et tamen etiam in Capitulis, vel Monasteriis, ut supra, hæc onera (supceptio, tantibus dictis decretis, non refulat ab ea implicita, vel præsumpta acceptatione, quæ in donationibus incontinenti favore piæ causæ in esse dicitur, sed requiritur acceptatio solemnis praviæ licentia Superioris, & cognitione causæ, an scilicet adit occasio investimenti fructiferi, & an fructus, qui deductis oneribus, ac expensis, ex investimento sit percipiendus, adque elemosynam missarum celebrandarum, pro locorum, vel Ecclesiarum consuetudine, taxari, vel conveniri solitam in duplo, vel triplo pluri, puta si elemosyna pro consuetudine loci in missis quotidianis devotionis, est ad rationem unius julii pro qualibet, aliquæ Ecclesie non solent onus perpetuum acceptare,

JANUEN. DONATIONIS PRO ANTONIOTTO, ET FRANCISCO CUM CAROLO DE RAGGIIS.

Casus disputatus in Sacra Congregatione Concilii, & terminatus ut infra.

An donatio alicui facta ad certum usum, seu effectum, qui in donatario sequi non potest, resolvatur, necnè; Et in specie, ubi donatio facta est Religioso professo sub conditione, ut Monasterio, vel Religioni nullatenus acquiri valeat, an ista conditio vitiet donationem, vel potius vitia remaneat, Et incidenter an alienari, vel remitti possit annua præstatio vitalitia Religioso professo donata, vel assignata.

S U M M A R I U M.

- 1 Falsi series.
2 De stylo Curia circa partes Advocatorum.
3 De punctis, seu inspectionibus casus.
4 Regulares sunt incapaces beneficiorum secularium.
5 De differentia inter beneficia assignata, & assignanda.
6 An Canonici Regulares sint capaces beneficiorum.
7 Privata dispositio non potest facere Religiosum incapax bonorum.
8 De usu tolerato Religiosi.
9 De questione an conditio abjecta donationi facta Religioso, ut non acquiratur Religioni vitiet, vel vitiet.
10 Attendenda est præcisa voluntas testatoris.
11 Ideo ubi de illa constat, non intrat præsumptio favore Religiosis.
12 Donatoris declarationi desertur.
13 Religiosi, & Religiones possunt à fideicommissis, & successionebus excludi per testatorem.
14 De differentia inter contractus, & ultimas voluntates, circa conditiones vitandas.
15 Transactio cadit sub alienatione prohibita per Extravagan. Ambrosiæ.
16 Alienatio fructuum non cadit super dicta prohibitionem.
17 Distinguitur quale jus Religiosi ad vitam remitti possit.
18 Quale interesse habeat Religio in vitalitia assignatione Religioso facta.
19 De distinctione inter alienationem u susfructus, & commodiatis.
20 Læso habet locum in transactione.
21 De stylo Congregationum in remissione casuarum ad Tribunalia.

D I S C. XXV.

Cum Antoniotto Raggiis, nobilis, ac presbyter i Januensis, Urbis domiciliarius, octogenario major, destitasset erogare centum loca montium pro fundatione unius beneficii, sed Abbatie, quæ esse deberet de jurepatronatus Francisci fratris, ejusque descendendum cum ordine primogenituræ, hinc hujusmodi propositum exequendum, dictorum locorum 100. donationem fecit Carolo ex dicto germano fratre nepoti Canonico Regulari Lateranensi professo, ad effectum ut esse deberet primus beneficiarius, cui præsupposito quod dicti beneficii capax esset, non obstante statu regulari, & quatenus non esset capax, ad hoc volente eundem Carolum, donec viveret, consequi debere fructus, effectum sortiente libera præsentatione ad favorem dicti fratris & descendendum post dicti Caroli mortem, sub ea tamen lege, & conditione, per nimis ampla, & effusivata verba, ut nullum jus super dictis fructibus acquiri posset Religioni, cujus Superiori nullatenus, nec directè, nec indirectè desuper se ingerere possent, dictumque Carolum molestare, vel in libera perceptione, ac administratione impedire; Cum autem donator penitens, dictam dispositionem ad favorem Caroli revocasset, declarando ex tunc ad beneficii erectionem cum dicto jurepatronatus de veniri debere, dictæque erectioni præfatus Carolus se opponeret, post Responsum pro veritate desuper à me traditum favore donatoris, ad quamdam concordiam devenitum est, qua mediante, Carolo suo juri cedente cum licentia, & approbatione ejus Superiorum, dicta erectio sequuta fuit; Tractu verò temporis Carolus penitens, causam introduxit in Sacra Congregatione Concilii super impugnatione dictæ transactionis, quæ me pariter pro dicto Francisco,

re, nisi ad rationem trium, ac etiam quatuor juliorum, & consequenter totum sit per viam conventionis, & contractus merè correlative.

Hinc proinde advertendam, quod dictus ordo datus per Marcellum non continebat donationem, vel alium contractum perfectum, sed oblationem, seu exhibitionem tractatam, juxta quem Monasterio acceptante, ipse hujusmodi contractum correlative facere volebat, unde Monasterio non acceptante, tractatus resolutus fuit, eo modo, quo in dies tot tractatus de futuro contractu celebrando evanescent. Ad quod comprobandum observabam rectè conferre dictam circumstantiam, quod deinde Marcellus, pecuniam, quam in Monte habebat, huic operi destinata, reasumpsit, atque in alios usus erogavit, ita accipiendo hunc actum tanquam adminiculum hujus resolutionis, vel inefficacitatis tractatus, non autem in terminis revocationis voluntatis, cum illi non intrarent, ut supra.

Potissimè ob alia adminicula in idem tendentia; Primo scilicet ob tamè neglectam dictæ pecuniæ exactorem; Secundo ob inverisimilitudinem, dum in facto constabat, quod pro dicto opere perficiendo, Monasterium pecuniam ad censum acceperat, unde omnino probabile est, quod Administratores ista pecunia prompta, & numerata nisi essent, si in animo fuisset onus acceptare; Et tertio fortius, quia cum in supplici libello Cardinali Vicario, seu Cardinali Proteктору ex parte Monasterii portico pro licentia acceptandi hoc onus, aliasque pecunias ad censum accipiendi pro dicto opere perficiendo, implicitè in hac parte licentia negata fuerit, utpotè concessa pro censibus constitutis, cum subsequuta observantia, ideoque his omnibus simul junctis, mihi videbatur, quod res esset in claris.

Scribentes pro Monasterio magnam vim constituebant in eo, quod dictus ordo conceptus esset per viam donationis, quia nempe Marcellus diceret donare hanc pecuniam Monasterio, ad præfatum tamen effectum, & cum dicto onere, & non alias; Verum id erat nimis leve fundamentum, ex eo verissimo principio, quod in quibuscumque viventium, ac morientium dispositionibus, vel actibus, principaliter attendi debet, ut non cortex, & formula verborum, sed substantia veritatis inspicitur; Undè propterea apud Franc. dec. 392. n. 2. & seqq. apud Merl. dec. 210. n. 7. & alios, habetur, quod si contrahentes dicant facere contractum emphyteuticum; pacta verò, & conditiones ostendant illum esse potius emptionis, & venditionis, non attendatur vocabulum, sed natura, seu veritas actus; ita pariter fit in verbis dicant permutare, pacta verò, & conditiones redeoleant circumscriptionem, & venditionem, ista dicenda est juxta receptam theoreticam Bald. in l. n. 3. & seqq. Cod. de verum perm. cum concord. apud Mantice. dec. 210. n. 2. & 3. Gutierrez. de gabellis qu. 25. n. 4. cum aliis in Ferrariorum. sub tit. de Regal. disc. 49. Ac infinuatur pluries sub tit. de feudis, quod fit in verbis dicitur concedi feudum, pacta tamen sint talia, quod feudi natura, vel substantiam corrumpant, in effectu bona allodialium jure regulabuntur, cum sola feudi nuncupatio feudalem qualitatem non inducat; Et frequentius sub tit. de emphyteusi in questione, an contractus importet veram emphyteusim, vel potius locationem perpetuam, sive livellum cum similibus.

Et in specie verborum denotantium donationem, ut spernenda sint, si substantia dispositionis, alique facti circumstantiæ diversam speciem contractus redeoleant, cæteris relictis advertitur per Rotam apud Dunozett. dec. 223. nu. 10. cum seqq. dec. 166. n. finali p. 9. recent. dec. 27. post Salsad. in lalyrint. & in aliis frequentur, & infinuatur pluries sub tit. de dote, & sub altero de renunciat. ut donari non dicatur, seu dari de proprio illa dote, quæ correlative fit ad renunciationem, quæ à puella donata fiat dotanti, cum potius redeoleat contractum emptionis, & venditionis, in quo id, quod datur, dicitur pretium futuræ alæ cessæ, cum similibus; Istoque dicebam esse veros, ac proprios hujus causæ terminos, atque ita credo, quod resolutum sit.

ANNOT. AD DISC. XXIV.

De acceptatione onerum super perpetua celebratione missarum, an & quomodo sequi debeat, & de aliis ad materiam videantur deducta in Miscell. Eccles. disc. 33. & in Ann. ad S.C.T. disc. 17. & 21. & de Regul. disc. 63.